Wissenschaftliche Beilage zum Programm des Friedrichs-Werdersc
Gymnasiums. Ostern 1884.

Commentatio critica in Herodotum

Scripsit

H. Kallenberg.

BERLIN 1884.
R. Gaertners Verlagsbuchhandlung
Hermann Heyfelder.

1884. Programm No. 53.

De codicibus Herodoti, postquam Steinius id quod antea confirmaverat, ipse publice futavit codicemque Mediceum omnium praestantissimum iudicavit, omnis dissensio inter hom doctos sublata esse videbatur. Et profecto partes Sancroftiani, cui olim Steinius Gaisfordium cutus magnam auctoritatem attribuerat, iam nemo est qui tueatur; sed duorum aliorum codi eiusdem stirpis, codicis Romani (R) et codicis Vindobonensis (v) nuperrime patroni extiter non contemnendi, Cobetus et Gomperzius. Ille iam V. L. (2) p. 409 statuerat „quae est dete textus Herodotei recensio, optimum testem habet Florentinum A, et quae est aliquanto me minime malum Romanum R", simulque, si sibi otium esset, editionem criticam Steinianam initio se relecturum atque emendaturum promiserat; id quod nunc praestare coepit[1]). Simil Gomperzius[2]) sententiam Steinii impugnat, hac tamen re ab illo dissentiens, quod codici v auctoritatis attribuit quam Romano, cum dicit „v ist der naivere und mithin verläfslichere wertvollere der beiden Zeugen". Quae cum ita sint, ei qui textui Herodoti recensendo operam denuo res est perscrutanda et iudicio integerrimo, quantum fieri poterit, aggredienda.

Ac primum quidem illi Steinii sententiam, quodcunque in Romano solo aliis codici repugnantibus ita legatur, ut rectum dignumque sit quod in textum recipiatur, id non a princi in illo fuisse, sed a correctore aliquo scite emendatum esse, recte refellere mihi videntur. hac re Wehrmannus[3]) uberrime in primitiis studiorum suorum egit, in eo tantum non re quod eis quae Steinius praefatus est parum diligenter lectis non animadvertit, ab illo lectio quae in R solo extant, ab eis discerni, quae etiam in Parisino (P) inveniuntur. Confiteor de codice nondum mihi satis esse iudicii; concedo quidem lectiones codicis R teste P plus auct tatis habere, quod, si etiam in hoc codice extant, in codice quodam eas fuisse apparet, qui cum quanto vetustior iudicandus sit, multo integriores lectiones habuisse oportet. Sed cum in pri libris textus codicis P ex libro quodam alterius stirpis derivatus sit, cum hic codex in aliis p tibus historiarum Herodoti tum Mediceum, tum Romanum sequatur, non satis certum mihi vi tur quod Steinius concludit, quidquid in R solo sit, omne esse erratum aut correctum (pr p. XXXII). Qua re lectiones codicis R, dummodo Herodoti consuetudini loquendi magis resp deant, in textum recipere non dubito.

---

[1]) Cum haec scribebam, vir doctissimus iam libros I—III pertractaverat (Mnemos. X p. 400—413; p. 69—106, 122—160, 262—302). [2]) Herodoteische Studien I. II. (Sitzungsber. der phil.-histor. Klasse kais. Akad. der Wiss. Wien 1883, p. 141—178, 521—606. [3]) De Herodotei codicis Romani auctorit Halis 1882.

Cum autem Cobetus et Gomperzius in laudibus codicum AB detrectandis eo processerint, ut illos interpolationibus et correctionibus magis esse corruptos quam Romanum confirment et huic codici eiusque familiae priores utique deferant, non alienum videtur Herodoti historiarum partem aliquam accuratius contemplari et lectionibus codicum utriusque generis comparandis quaerere, utra in parte textus saepius de industria sit mutatus aut interpolationibus corruptus: qua in re eorum locorum, in quibus a librariis per imprudentiam esse peccatum omnes consentiunt, praesertim cum in codicibus Rsv saepius esse erratum inter omnes constet, ratio non habenda est. Neque dubito quin, quicunque opinionem praeiudicatam non attulerit, Mediceo palmam daturus sit, quod idem illos obtrectatores huius libri, si non artem criticam in editiones ab aliis factas exercerent, sed ipsi historias Herodoti edentes quid quoque loco esset scribendum decernere cogerentur, facturos mihi est persuasissimum. Sexti autem libri partem elegi tractandam, quod de eis, quae in libris primis recensendis Cobetus adnotavit, iam alio loco[1]) disserui et liber quintus in codice R intercidit.

C. 1. *οὕτως ἐτελεύτα* B² marg. R sv; ceteri recte *οὕτω τελευτᾷ*. Praesens Herodotus eodem modo I 214, VI 38. 136, V 27, IV 78[2]) usurpat; in codice R tempora persaepe mutata sunt. — C. 2. *ὃς Σαρδὼ νήσων τὴν μεγίστην* PR, ceteri *νῆσον*, quod Herodoteum esse ex V 106, ubi in omnibus codicibus *Σαρδὼ νῆσον τὴν μεγίστην* extat, cognosci potest. Non recte igitur Naber in libro quinto genetivum pluralis postulat; ceterum codices sv in libro sexto cum ABC conspirant. — In eodem capite in PRs *καταγνωσθεὶς ὑπ' αὐτῶν* legitur, in ceteris *πρὸς αὐτῶν*. Orationem Herodoti in Atticorum rationem in illis codicibus esse mutatam apparet. — Paucis infra dubitari potest, utram partem sequamur; legitur pro *ἐς αὐτοὺς* in Rsvz *ἐς ἑωυτούς*, quod Kruegerus interpretatur „da *Χῖοι* Gedankensubjekt ist". — C. 3. *τὴν μὲν γενομένην αὐτοῖσι αἰτίην*; in Rsv *ἐν* ante *αὐτοῖσι* est adiectum, ut videtur, a correctore quodam, qui collocatione verborum deceptus dativum cum verbo *ἐξέφαινε* coniungendum esse non intellexerat. — C. 5. *ὡς ἀπωστὸς τῆς ἑωυτοῦ γίνεται*; in Prvz *ἐκ* est additum, quod consuetudo dicendi postulare videtur. Itaque Steinius in editione quarta praepositionem in textum recepit; non recte, quantum ego iudico. Nam genetivum iam Wesselingius locis ex Sophocle petitis satis defendit. Adde VI 130 (*ἀπελαυνομένοισι τοῦ γάμου*) et VII 161. Praeterea animadverte, quaeso, in R *ἐκ* non legi, in s *ἐκ ἑωυτοῦ* articulo omisso extare; id quod mihi documento est in eo codice, ex quo R et s derivati sunt, *ἐκ* a quodam supra scriptum fuisse; qua re factum est, ut praepositio in Prvz in textum reciperetur, in R neglegeretur, in s a librario parum diligenti cum articulo mutaretur. — C. 7. *ἐστράτευον* in AB¹C, in ceteris *ἐστρατεύοντο*; item IX 86 *ἐδόκεε στρατεύειν ἐπὶ τὰς Θήβας*, in ceteris *στρατεύεσθαι*. Contra VI 108 *ἐστράτευον* in P¹Rs extat, cum codices alterius stirpis medium habeant; I 204 in s legitur *στρατεύειν* pro *στρατεύεσθαι*; I 77 denique infinitivus activi in omnibus codicibus legitur. Quis quid certi de hac re decreverit? Medium et activum ab Herodoto plane eodem modo usurpatum esse ut cognoscas, confer, quaeso, I 77 *ἐνένωτο στρατεύειν* et I 71 *ἐπὶ νόον ποιέουσι Πέρσῃσι στρατεύεσθαι*. Cum autem medium multo usitatius esset, facilius fieri potuit, ut scribae ad formas huius generis aberrarent quam ad activum. Itaque VI 7. 108, IX 86 activum malim scribere. — C. 7. *πεζὸν μὲν στρατὸν μὴ συλλέγειν*; in B²PRsz *μὴ* in *μηδένα* est mutatum, fortasse

[1]) Jahresber. der philol. Vereins zu Berlin. 1884. [2]) Locos ad consuetudinem loquendi Herodoti demonstrandam allatos partim ex Lex. Schweigh. et adnotationibus Kruegeri et Steinii sumpsi, partim ipse collegi.

propter *μηδεμίαν,* quae vox paulo infra legitur. — C. 8. *Αἰολέων οἳ Λέσβον νέμονται* legitur in B²PᵐRsv; in ABC e margine, ut videtur, *τὴν Αἰολίδα γῆν* pro *Λέσβον* in te irrepsit. Praeterea in ABC *ὅσοι* legitur pro *οἵ*, quod a Steinio reiectum esse miror. Ipse relativum *ὅς* eandem vim saepe habere quam *ὅσος* aliis locis demonstravit. — In eodem capite *πάντων δὲ τούτων ὁ σύμπας ἀριθμὸς* in B²PRsvz in *πασέων δὲ τούτων ὁ σ. α.* a rectore, qui hos genetivos ad populos, qui antea enumerati sunt, referri non cognoverat, m sunt. Confer quae sequuntur: *αὗται μὲν Ἰώνων ἦσαν· τῶν δὲ βαρβάρων τὸ πλῆθος τῶν ἦσαν ἑξακόσιοι.* Nam ut masculinum in femininum mutaret, facile aliquis adduci potuit, no contra faceret[1]. — C. 9. *ταῦτα ἐπιλεγόμενοι ἔλεξαν συλλέξαντες* ABCd, in ceteris rect *ἔλεξαν* omissum, sive per dittographiam ortum est, sive e correctione cuiusdam, qui structı verborum non perspexerat, additum est. — In eodem capite in PRsz *σφι* inter *ἔλεγον* et deest, quod utrum in his codicibus omissum an in ceteris additum sit, quis decernere pot Pronomen desiderari nego. Sed recte paulo infra scriptum est in B²PRsvz *τοὺς ἑωυτοῦ ἕκαστος ὑμέων πολιήτας,* ubi ceteri *αὐτέων* habent. In sequenti versu Rsv extat *πειράσθω ἀποσχίζειν,* cum in ceteris *ἀποσχίζων* legatur. Conceden est Herodotum verbum *πειρᾶσθαι* cum infinitivo coniunxisse; testes sunt loci V VI 138, VIII 100. 108, IX 33, quos Schweighaeuserus collegit; tamen multo sae participium legitur, quod nonnumquam a librariis, quibus id inusitatum videbatur, in in tivum mutatum est. Idem mendum invenitur VI 50 in B²Psz, at non in R (*ἐπειρ συλλαμβάνειν*) et I 77 in R (*ἔτι μένειν* pro *ἐπιών*). Pariter atque hoc loco *ἐπ* Herodotus I 84 *προσβαίνων,* VI 5 *κατιών,* IX 26 *κατιόντας* cum verbo *πειρᾶσθαι* coniuı quos locos afferre sufficeret, nisi nuperrime Gomperzius (Herod. Stud. I p. 32) codicibus . fidem vehementissime abrogasset. Legitur autem *ἔτι μένειν* Gaisfordio auctore in libr (= Parisin. 2933), Schweighaeusero auctore etiam in P (= Passioneus). Haec accurate at non quo illis libris aliquid auctoritatis attribuendum esse putarem, sed quod illam lectionen Rsv extare Gomperzius contendit[2]. Is enim nimis flagrans cupiditate ex lectionibus codi huius familiae textum Herodoti emendandi legentibus persuadere studet *ἔτι μένειν* corrup esse ex *ἐπανελθεῖν,* in libris autem alterius stirpis pro textu corrupto a correctore quo *ἐπιὼν* esse positum. Verum sit, concedo, melius fuisse „rursus, iterum (*τὸ δεύτερον*)“ adic num vir doctus illa coniectura assecutus est, ut textus emendatior sit? Equidem non meı unquam legere de redintegranda pugna *ἐπανελθεῖν.* Accedit quod hoc verbum in Herodoti li nusquam legitur nisi II 109 ibique alia significatione. Animadverte praeterea, id quod maximi momenti, omnia quae leguntur a verbis *ἐν νόῳ ἔχων* usque ad verbum *ἐλαύνειν* (c. in codicibus Rsv intercidisse: iam intelleges, quam infirmo fundamento Gomperzius nitatur. facilius cognoscatur, quomodo textus horum codicum, quorum auxilio Herodotum emendare stu se habeat, totum illum locum ante oculos ponam: *Κροῖσος δὲ μεμφθεὶς κατὰ τὸ πλῆθος*

[1] In codice, ex quo Rs derivati sunt, lacuna orta est oculis scribae aberrantibus ab *δώδεκα νηυσ ἑπτακαίδεκα νηυσί*; in s haec lacuna expleta est his verbis *Πριηνέων δὲ εἴχετο Τήϊοι εἴκοσι νηυσί.* Sc quem non effugerat, in enumeratione viginti naves deesse, has Teis attribuit. Vides quam impudenter interp verit. Similiter res VI 41 se habet. In R omissa sunt verba *καταφεύγει ἐς Ἴμβρον, τὴν δὲ οἱ πέμπτην νεῶν* aberrante scriba a voce *νεῶν* quae ante verbum *καταφεύγει* extat, ad alterum *νεῶν.* Scriba codicis s Marte supplevit „*μίαν δέ τῶν νεῶν*“. [2] Lectionem esse in v libentissime concedo viro doctissimo co manti se ipsum hunc librum contulisse; at si etiam in Saucroftiano esset, certe Gaisfordium non fugisset.

ἑωυτοῦ στράτευμα· ἦν γὰρ ὁ συμβαλὼν στρατὸς πολλὸν ἐλάσσων ἢ Κύρου· τοῦτο μεμφθεὶς ὡς τῇ ὑστεραίῃ οὐκ ἐπειρᾶτο ἔτι μένειν· Κῦρος δὲ (*ἐπιὼν ὁ Κῦρος* in codicibus alterius familiae) *ἀπήλαυνε ἐς τὰς Σάρδις* c. 79 *ὡς δύναιτο τάχιστα* [deletum est *ἐπὶ τὰς Σάρδις*], *ὅκως πρὶν ἢ τὸ δεύτερον ἁλισθῆναι τὴν τῶν Λυδῶν δύναμιν αὐτὸς ἐπικαταλάβοι* (*ὅκως αὐτὸς ἐπικαταλάβοι* desunt in ceteris codicibus). Corrector quidam, qui aliquid intercidisse non animadverterat, verba *ἀπήλαυνε ἐς τάς Σάρδις* de Cyro esse dictum ratus interpunxit ante *Κῦρος* addito *δέ*, qua re manifestum fit illum sibi persuasisse subiectum verbi *πειρᾶσθαι* esse non Cyrum, sed Croesum ratione non habita, qua erat levitate, particulae *ὡς*. Interpolator autem vel hac re se ipse prodit, quod audacter verbum adiecit, quod neque in Herodoti libris usquam invenitur et apud veteres scriptores, ubicunque legitur, non opprimere, sed consequi significat. — C. 9. *εἰ δὲ ταῦτα μὲν οὐ ποιήσουσι;* in PRsz *μή*. Corrector ille secum non reputavit, *οὐ ποιεῖν* esse unam notionem, ut *οὐκ ὀλίγοι*, similia. Item Herodotus loquitur: VII 10 *ϑ: εἰ δὲ οὐκ ἐθελήσεις;* VII 16 *γ εἰ δὲ οὐκ οἷά τε* (Steinius „= *ἀδύνατα*"); I 212 *εἰ δὲ ταῦτα οὐ ποιήσεις*; quo loco magna est perturbatio in codicibus. In AB enim *σὺ ποιήσεις* extat, sed in utroque libro correctum in *οὐ π.;* in R legitur *σὺ ποιήσεις*, qua re apparet iam in archetypo ΟΥ cum CY esse mutatum. Cum autem in AB eodem modo correctum sit, id iam in libro *χ*, id est in eo libro, ex quo illi duo codices devirati sunt, factum esse verisimile est. In ceteris codicibus a librariis, quos negationem esse audiendam non fugerat, *μὴ* est additum: *εἰ δὲ μὴ ταῦτα σὺ ποιήσεις* (CPdz), *εἰ δὲ ταῦτα σὺ μὴ ποιήσεις* (s). Aliter res se habet VI 133, ubi in AB[1]Cd *ἤν μιν οὐ δῶσι*, in B[2]PRz *ἢν μή οἱ δῶσι* legitur. Steinius ingeniose quidem coniecit *ἢν μέν*, at novam difficultatem textui intulit, ad quam tollendam interpretatio „*μέν*: der gedachte Gegensatz *ἢν δῶσι* ist verschwiegen und ergab sich von selbst" non sufficit. Itaque quod extat in ceteris codicibus malim scribere. — In apodosi huius enuntiati Steinius scribit *οὐκ ἀπονοστήσειν τὴν στρατιήν*, omnes alii editores *οὐκ ἀπαναστήσειν* (sic svz, *οὐ παναστήσειν* R). Homo doctus, cui persuasum sit, ubi P codici Romano non testis sit, in eo esse correctum aut erratum, lectionem *ἀπαναστήσειν*, quamvis scitius esse dictum appareat (confer IX 86. 87), non reicere non potuit. Ceterum VI 136 Herodotus de eadem re *ἐκ Πάρου ἀπονοστήσαντα* dicit, sed hic subiectum est Miltiades, non exercitus. — C. 10. *οἱ μὲν δὴ ἔλεγον τάδε*, in PRsvz *ταῦτα*. Idem vitium corrector contraxit VI 130 mutato *τοῦδε τοῦ γάμου* Atticorum modo in *τούτου τοῦ γάμου* (Rsv). — C. 11. *ταλαιπωρίην δέκεσθαι* in ABCd, *ταλαιπωρίας ἐνδέκεσθαι* in ceteris, quae omnes editores in textum receperunt permoti, ut videtur, Longini auctoritate. — In eodem capite Steinius secutus libros ABC scripsit *ἢν μὲν βούλησθε — εἰ δὲ διαχρήσησθε*; in ceteris extat *διαχρήσεσθε*. In attica prosa ex accurata collatione codicum talia recte emendata videntur, sed eadem ex Herodoti oratione tollere, quasi menda sint foedissima, mea quidem sententia est correctoris temerarii, non critici cauti providique. Extant enim haec in libris Herodoti: II 13 *εἰ μὴ ἀναβῇ* (*ἢν* PRd[1]s); III 15 *εἰ ἀποστέωσι* (*ἢν* R, *ἢν* P corr. svz); hoc loco Steinium in editione tertia *ἢν* in textum recepisse valde miror (confer Scheindler Zeitschr. für Oestr. Gymn. 1878 p. 191). III 36 *εἰ μεταμελήσῃ* (sic in ABC, in ceteris *μεταμελήσει*) *καὶ ἐπιζητέῃ* (*ἐπιζητῇι* ABC, *ἐπιζητεῖ* P, *ἐπιζητήσει* Rsv, *ἐπιζητοίη* q); VIII 49 *εἰ νικηθέωσι* (*ἢν* PRsvz); VIII 62 *εἰ δὲ ταῦτα μὴ ποιήσῃς* (*ποιήσεις* in Pdz, at non in Rsv); VIII 118 *εἰ μὴ γένηται* (*ἢν* Rs). Omnibus his locis in ABC lectio genuina est servata; in ceteris, ubi ex coniunctivo una littera mutata indicativus effici potuit, indica-

tivus est positus; ubi id non facile effici potuit, εἰ est in ἤν mutatum. Etiam III 35, ubi in Rsv legitu μὲν τύχω, in ceteris εἰ μὲν τύχοιμι, suspicor in archetypo fuisse εἰ μὲν τύχω; confer locum q supra attuli, III 36 εἰ μὲν μεταμελήσῃ — ἢν δὲ μὴ μεταμελῆται cum his verbis: εἰ μὲν τύχω ἢν δὲ ἁμάρτω. Cum hac consuetudine dicendi, quam apud Homerum usitatissimam esse nemo est nesciat, Steinius illos locos, qui non sunt pauci, quibus particula ἄν coniunctionibus temporalibus pronominibus relativis, quamvis sequatur coniunctivus, non est addita, recte comparat (vide ad 16 et 172). Etiam hac in re facile cognoscitur in codice illo, a quo Rsv sunt derivati, tex multifariam eo consilio esse correctum, ut oratio Herodoti syntaxi atticae magis respondea Est igitur πρὶν ἤ cum coniunctivo coniunctum in omnibus codicibus: I 136, VI 1 VII 10 η, IX 117; variae lectiones adnotantur his locis: I 19 πρὶν ἢ ἀνορθώσωσι; A²Rb ἀνορθώσουσι: VII 8 β πρὶν ἢ ἕλω; in Rsv ἄν est additum. VII 197 πρὶν ἢ μέλλῃ, Rd μέλλ s μέλλοι. IX 93 πρὶν ἢ δῶσι recte in Pbz, in ceteris δώσειν. Item πρότερον ἢ I 199, IV 1 IX 86. 87, VII 54 et πρὶν VI 82 in omnibus codicibus; fluctuant codices his locis: I 32 π πύθωμαι, (additum est ἄν in A²Rbdsvz); I 82 πρὶν ἀνασώσωνται (ἄν in A²Rdsvz); IV 1 πρὶν ἀπίκωνται (B ἀπίκονται); III 109 πρὶν διαφάγῃ in ABCd, in ceteris ἄν est additu Porro μέχρι ἴδωμεν IV 119 (z ἴδομεν); ἄχρι οὗ τελευτήσῃ I 117 (τελευτήσει dz); ἐς ὃ ἀπ θάνωσι III 31 variis lectionibus non adnotatis nisi ἐς οὗ in plerisque libris; ἐς ὃ ἔλθῃ (A E ἔλθοι) VIII 108; ὡς ἕκαστός οἱ μιχθῇ IV 172; ὡς ἑκάστῳ θύειν θέλῃ I 132 (θέλει I in Rs totum caput omissum est). ἐπείτε ἀνενειχθῇ καὶ διαβληθῇ VIII 22; τοῦ τις καὶ λό ᾖ II 85; τοῖσι τείχεα ᾖ ἐκτισμένα IV 46; τοῖσι ἀραιρημένοι ἔωσι IV 66; τῆς γὰρ ἐπιθυμῇ I 216 in AB, in ceteris ἐπιθυμήσει. Hoc ultimo loco Abichtius futurum retinuit, cum legen ad I 198 delegaret; at illo loco futurum est usurpatum in enuntiatione primaria. Cobetus, plerumque, ἄν supplendum esse censet.

Aliter res se habet VI 135: ἔπεμπον δὲ ἐπειρησομένους εἰ καταχρήσωνται τὴν ὑπ ζάκορον; sic scripsit Steinius secutus codices BRs, in ceteris legimus καταχρήσονται. Con VI 86 γ: ἐπειρωτέοντα δὲ αὐτὸν τὸ χρηστήριον εἰ ληΐσηται; sic extat in ABR, in ceteris in Stobaeo ληΐσεται. Num hoc loco libri sv a codice Romano stent, dubium est; Gaisford enim variis lectionibus non allatis ληΐσεται scripsit. Hermannus quidem (de part. ἄν p. 92) turum in capite 86 tuetur: „nam si coniunctivus de eo quod oportet, optativus autem de quod quis censeat faciendum esse, usurpatur: futurum ad ea videtur referri, in quibus neque debeant fieri neque an censeat quis futura esse, sed simpliciter an sint futura quaeritur, i. an, si quis ea faciat, effectum daturus sit, id quod fere idem est atque an liceat facere". Sa si in omnibus aut optimis libris futurum extaret; sed cum ita non sit, idem dicendum est hoc loco quod Hermannus ipse de alio loco iudicat (V 82: ἐπειρώτεον κότερα χαλκοῦ ποιέω ται τὰ ἀγάλματα ἢ λίθου), ubi Werferus et Valckenaerius coniunctivum postulant, „et quis n facile adducatur, ut in eandem sententiam concedat? Et tamen, nisi fallor, recte tuentur li indicativum, non quod non licuerit uti coniunctivo: nam debuit ille etiam poni, si quaerebat ex qua materia oporteret statuas illas fieri: sed quod eo non opus erat". At, cum etiam V in AB ποιέωνται extet, id quod Hermannus scire non potuit, non est dubitandum quin cc iunctivus recte se habeat. Neque VIII 36 (ἐμαντεύοντο εἴτε σφέα κατὰ γῆς κατορύξοι

[1]) Quae sequuntur, maximam partem ex Schwidopii dissertatione „Zur Moduslehre im Sprachgebra des Herodot. Progr. des Altstädt. Gymn. zu Königsberg 1876" sumpsi.

εἴτε ἐκκομίσουσι ἐς ἄλλην χώρην) indicativus, qui in Pz solis extat, tuendus est; ceteri libri κατορύξωσι et ἐκκομίσωσι habent. Sed redeamus illuc, unde egressi sumus. Ad explicandum illum locum (VI 135) ne Hermanni interpretatio quidem sufficit; itaque Steinius suo iure codices BRs secutus est, ea re maxime permotus, quod lectio in B est primitiva, non ex aliis libris addita. Dixi autem supra rem se aliter habere, quod indicativus non ex correctione est ortus, sed errore scribae.

Eis enim locis, quos Hermannus usus coniunctivi deliberativi demonstrandi causa attulit, librarii non raro peccaverunt, ω cum ο aut η cum ε permutatis (II 52 ἀνέλονται z, VI 52 χρήσονται Cbz, I 206 ποιέει Rdsz; adde VII 213 χρήσεται Rs; VIII 135, ubi in ABPcorr. solis recte legitur χρήσωνται). Dobraeus quidem (Advers. p. 32) VI 135 recte coniunctivum servat, at usque eo progreditur, ut etiam optativum in interrogationibus huius generis removeat. Ceterum vir doctus rationem locorum I 53 et VIII 67 non habet. — C. 12. πολλοὶ δὲ ἐπίδοξοι τωὐτὸ τοῦτο πείθεσθαί εἰσι. In PRsvz omissum est εἰσι; forsitan recte. Confer I 89 et IV 11, quo loco iam Valckenaerius καταλαμβάνειν pro καταλαμβάνει scribendum censuit. — Pro certo autem habeam in proximo capite articulum τὰ inter ταῦτα et γινόμενα in ABC per dittographiam ortum esse. Nam cum in B²Rsv et in K, qui liber est familiae ABC, omissus sit, non de industria in illis libris adiectus videtur esse. — C. 13. εἶναι ἀδύνατον legitur in PRsz pro εἶναι ἀδύνατα, quod solum est rectum. Confer I 91, VI 106, V 124; ἀδύνατον IX 106 tantum extare videtur. Multo maiorem scrupulum mihi iniciunt quae paulo infra leguntur, οὐ βουλομένων εἶναι χρηστούς (ἀρνευμένους Rsv). Omnes editores Steinio excepto ἀρνευμένους in textum receperunt. Quis est qui non assentiatur? At estne Graecum ἀρνεῖσθαι cum infinitivo coniunctum „recusare aliquid facere?“ Non saltem μὴ addendum fuit? Quantum scio, hoc verbum, si haec notio ei subiecta est, non infinitivus sequitur nisi apud scriptores posterioris aetatis, sed accusativus. Apud Herodotum haec inest vis in hoc verbo III 1, sed est absolute positum; negare quidquam esse est apud eum ἔξαρνον (III 66) vel ἄπαρνον εἶναι (III 99); in utroque autem loco infinitivo negatio μὴ est addita. — C. 13. παρ' ὅτευ τοὺς λόγους ἐδέκοντο οἱ Σάμιοι. In PRsz οἱ Σάμιοι deest; forsitan recte, etiamsi ordo verborum solus suspicionem non movet. Paulo infra ἦν post παῖς μὲν in Rs omissum est aut a correctore propter verba τύραννος δὲ ἐὼν quae sequuntur deletum est. — C. 14. In B² Ppr. Rsv ἔνδεκα, cuius numeri testis est Pausanias (VII 10, 1) scribae levitate in δέκα (ι' pro ια') corruptum est. — C. 15. παρείχοντο μὲν γάρ; in PRsvz οἳ παρείχοντο μέν, quae cur meliora sint, ut Gomperzius contendit (Zeitschr. f. Östr. Gymn. 1859 p. 828), non intellego. — In eodem capite legitur ἐς ὃ τῶν πολεμίων ἑλόντες νέας συχνὰς ἀπέβαλον τῶν σφετέρων [νεῶν] τὰς πλεῦνας. In ABCd νεῶν non extat idque recte omissum est. — C. 16. οὗτοι δὲ ὡς ἐδιώκοντο καταφεύγουσι in AB¹Cd, in ceteris καταφυγγάνουσι, quod quin sit Herodoteum non est dubitandum. De verbo φυγγάνω confer quod Kruegerus ad Thuc. VII 44, 8 adnotat. In illis codicibus verbum inusitatum aut de industria est remotum aut, quod mihi versimilius videtur, mendum ex levitate scribae, cuius animo obversabatur forma ἀποφεύγουσι, quae paucis supra legitur, ortum est. — C. 18. αἱρέουσι κατ' ἄκρης; in s legitur κατάκρως, quod in R in κάτακρος corruptum est, ex consuetudine deterioris Graecitatis dictum. Κατ' ἄκρης item usurpatum est VI 82. — C. 18. ἕκτῳ ἔτεϊ; in Rsv ἐν τῷ ἕκτῳ ἔτεϊ per dittographiam, ut videtur, quamvis per se praepositio non reicienda sit. Confer Krueg. ad Thuc. I 87, 4. Nusquam alibi apud Herodotum ἐν legi pro certo dicere non possum;

articulus autem modo additus, modo omissus est (I 19 τῷ δυωδεκάτῳ ἔτεϊ, VI 31 τῷ δευτέῳ ἔτεϊ, IV 14 ἑβδόμῳ ἔτεϊ, III 68 ὀγδόῳ μηνί). — C. 23. τότε ἐὼν διάφορος (ὅστε Rsz, ὥσ P). Abichtius ὥστε τότε scripsit; sed cum ὥστε (= ἅτε) causam afferat, quae in re ipsa in vel legentibus nota sit, Anaxilai autem antea mentio non sit facta, haec particula non recte mi usurpata videtur. Itaque statuerim OCTE scribae culpa ex TOTE ortum esse. — C. 23. ἐχ μένην τὴν πόλιν ἑωυτῶν. Kruegerus et Gomperzius ἑωυτῶν, quod in Rsv omissum est, delen at hanc pronominis collocationem apud Herodotum non raram esse ostendit Steinius ad V Atque operae est pretium investigare, quid huic usui a ratione Atticorum abhorrenti in codicibus ac derit. IX 37 legitur in omnibus libris τὸν ταρσὸν ἑωυτοῦ; item V 5 ὑπὸ τοῦ οἰκηιοτάτ ἑωυτῆς; IX 33 τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ (in Pd αὐτοῦ); II 107 τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ (in PRd αὐτοῦ). Adde II 26, ubi διακαίων τὴν διέξοδον αὐτῷ in ABCPz legitur, in Rds αὐτῷ omi sum est; Steinius et Abichtius ἑωυτοῦ scripserunt, alii αὐτοῦ. — C. 25. Μιλήτου δὲ ἁλούσ αὐτίκα, in Rsv καὶ pro αὐτίκα, in B[2] αὐτίκα καί (Steinius „fortasse recte"). Videre lic correctorem codicis B ex codice quodam alterius familiae καὶ adiecisse. — In eodem capi ἐθελοντὴν in AB[1], ἐθελοντῆν in C, ἐθελοντὶ in B[2]Pz, ἐθελοντιῇ in Rs. Etiam I 5 ἐθελοντ extat nullo codice contra dicente. — C. 27. καὶ κεκαμωμένων δέ; καί, quod in Rs tantu extat, iure ab editoribus reiectum est. — C. 30. τὸ μὲν αὐτοῦ σῶμα αὐτοῦ ταύτῃ; αὐτ ante ταύτῃ, si recte e codicibus adnotatum est, in sv, ταύτῃ in R omissum est. Apparet utroque de industria deletum esse. Legitur enim αὐτοῦ ταύτῃ apud Herodotum I 189. 210. 214; I 77; IV 80; V 112; VII 42; IV 135. Hoc ultimo loco ταύτῃ omissum est in PRsz, quos Steinium s cutum esse miror: αὐτοῦ τῇδε invenitur V 19. Contra num III 25 (Ἑλλήνων μὲν τοὺς παρεόντ αὐτοῦ ταύτῃ τάξας ὑπομένειν Rs, in ceteris, etiam in v, ταύτῃ omissum est) utrumque servandu sit, valde est dubium. Neque plus offensionis habet αὐτοῦ (VI 30) priore loco positum; confer Steiniu ad hunc locum. Quae cum ita sint, non est quod Kruegerum secuti αὐτοῦ et ταύτῃ secludamus. — C. 31. σαγηνεύουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον; in PRsz τόνδε est mutatum in τοῦτον. — C. 3 ἀπολιπόντες τὴν σφετέρην, in PRsvz ἀπολιπόντες τὴν πόλιν. Vox πόλις, quae prin supra scripta fuisse videtur, postea lectionem genuinam removit. Ceterum non πόλις, sed χώ audiendum est. — C. 35. ἐξέφαινον πᾶν οἱ τὸ μαντήϊον in B[2]Rvs, in ceteris οἱ est omi sum. Dativus utrum in Romano interpolatus sit an in codicibus alterius familiae per impr dentiam omissus sit, quis decernere poterit? — C. 37. πανώλεθρος ἐξαπόλλυται recte legit in Rs et apud Eustathium, ceteri aberraverunt in πανωλέθρως; saepissime a scribis more d terioris Graecitatis adiectiva cum verbo coniuncta in adverbia mutata esse satis constat. — C. 38. οὗτος μὲν δὴ διὰ Κροῖσον ἐκφεύγει, μετὰ δὲ τελευτᾷ ἄπαις; in PRsz μετὰ ταῦτα. De hac re iam Abichtius (Progr. Portens. p. 31) disseruit, quod commemorare sat esset, nisi nuperrime van Herwerden[1]) dubitationem attulisset, an ταῦτα, ubicunque hac formula praepositioni esset additum, delendum esset. Hac ratione emendandi Herodoto vi adhiberi numerus locorum ipse docet, in quibus ταῦτα variis lectionibus non adnotatis invenitu Atqui, nisi fallor, Herodotus formulam plenam non plane eodem modo usurpat quo ellipticam. Init enim capitis — a quo Herodoti libri in capita distributi sint, nihil refert — formula ellipti perraro legitur (IV 114, 156; VI 4, 126); quibus locis autem Herodotus ad novas res explicand

---

[1]) Commentatio critica in Herodoti libros I et II. Traiecti ad Rh. 1883, p. 8.

transit, formulam plenam constanter usurpat. Confer I 50, II 122, III 17. 139, VI 74, VII 33, IX 28. Hoc ultimo loco in P[t] *ταῦτα* omissum est. Praeterea *μετὰ δὲ ταῦτα* initio capitis invenitur: VI 8, 81, IX 15; porro initio enuntiati I 56. 106. 211, III 66, VI 76, VII 134, IX 17. Perraro autem formula plena ita est posita, ut cum eis quae antecedunt particula quadam conexa sit, velut I 2 *οὕτω μέν — μετὰ δὲ ταῦτα,* et in eodem capite *ταῦτα μέν — μετὰ δὲ ταῦτα.* Accedunt III 24 (*ἐνιαυτὸν μὲν δή*), VII 178 (*πρῶτον μέν*), VII 107, VI 27. At hoc loco nescio an *ταῦτα* referendum sit ad *σημήϊα.* Contra forma elliptica plerumque invenitur et intra periodum et initio enuntiati, quod cum antecedentibus particula aliqua vel similibus verbis cohaeret. I 61 *τὰ μέν νυν πρῶτα ἔκρυπτε ταῦτα ἡ γυνή, μετὰ δὲ φράζει.* Similiter I 128. 163. 196. 214; II 86. 111. 124. 125; IV 3, 42; V 16. 37. 58. 105; VI 125. 128; VII 206; II 111; III 11. 75. 128; V 40 (VII 19). His locis subiectum est idem in utroque enuntiato; VI 129 vero in utroque est unum subiectum et unum praedicatum: *πρῶτα μὲν ὠρχήσατο Λακωνικὰ σχήματα, μετὰ δὲ ἄλλα Ἀττικά.* Antecedunt *μέν, τέως μέν, τὸ παραυτίκα μέν, τότε μέν*: III 54. 133 (VI 38); VI 97; I 11, 86; VII 12; IV 139; V 72; VI 11; IV 150; V 103. Ubi autem enuntiata maiore interpunctione dirimenda sunt, plerumque subiectum est idem in utroque: I 65, 102, 107; III 130; IV 14; V 46; VI 62. 120; IV 160 (*πρῶτα* antecedit); II 131; I 179; III 155; V 56; VII 100) aut *μὲν* antecedit VI 103; VII 148. Etiam quod V 28 legitur huc referendum est: *οὗτος μέν νυν* (Prsz) *τοσαῦτα ἐξεργάσατο στρατηγήσας. Μετὰ δέ.* Nam lectio *δὲ* codicum ABC non digna mihi videtur quae respiciatur. Compluribus locis denique formulae vis est subiecta „interiecto tempore" vel „tempore procedente" (I 22; II 141) apposito *χρόνῳ οὐ πολλῷ* (V 21; I 171), vel *χρόνῳ ὕστερον* (IV 78) vel *χρόνος διέφυ* (I 61). Restant tres loci, in quibus usus formulae ellipticae prope accedit ad usum formulae plenae (V 24; VI 70. 110). Permultos alios locos, in quibus *μετὰ δὲ* in enumerando usurpatum est, van Herwerden huc referre non debuit (I 142 *Μίλητος μὲν αὐτέων πρώτη κέεται πόλις πρὸς μεσαμβρίην, μετὰ δὲ Μυοῦς τε καὶ Πριήνη*; item V 52; VII 55; VIII 67. 113; IX 35; VII 40 bis 41; I 134; IV 184; VIII 46); neque enim *ταῦτα* est audiendum. — C. 39. *ἐδέθησαν ὑπ' αὐτοῦ*; in Rs praepositio est omissa. Scribae, ut videtur, obversabatur *ἐδεήθησαν,* ad quam formam C aberravit. — C. 40. *ἐκφεύγει,* in Rs *ἔφευγε.* Confer quae supra ad c. 1 allata sunt. — In eodem capite in ABC *καταλαβόντων* extat, in PRsvz *κατεχόντων.* Non dubito quin in ABC sit mendum, sed ex forma *κατελάμβανε,* quae paucis supra extat, scribae levitate, non ex correctione ortum est. — Paulo infra in AB *ἔφευγε ἀπὸ Χερσονήσου,* in PRsz *ἔφευγε Χερσόνησον* legitur. Quin Graecum sit quod in AB extat, non est dubitandum; confer Thuc. V 26 (*καὶ συνέβη μοι φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ ἔτη εἴκοσι*) Xen. Cyrop. III 1. 24. Plut. Philop. 1. Neque hoc loco Herodotus dicit Miltiadem ex Chersoneso fugisse, sed procul Chersoneso exulavisse, dum (*ἐς ὅ*) Scythae abissent. Itaque confirmaverim in PRsz a correctore stulte esse mutatum. Ceterum non dissentiam, si quis Schweighaeuserum secutus utrumque ex margine in textum irrepsisse censuerit; deest enim in Cd. In sequenti versu autem (*καὶ ἐκεῖνον Δόλογκοι*) in ABC *ἐκεῖνον* pro lectione genuina *μιν* est substitutum. — C. 44. *ὅσας ἂν πλείστας δύναιντο*; in B[2]PRs, quos libros Steinius est secutus, *δύνωνται* extat. Particulam *ἂν* etiam optativo in enuntiatis relativis esse additam, praesertim cum oratio esset obliqua, exemplis satis est demonstratum; confer quae Hermannus in libro de particula *ἂν* (p. 147 sq.) attulit et quae Dindorfius eis ipsis locis (ad Cyrop. VII 5. 49) collegit, quibus orationem Xenophontis ad leges Atticorum con-

stanter mutandam esse censet. Nihilominus coniunctivum scribere malim; nam cum nullum ali huius constructionis exemplum apud Herodotum inveniatur, tum forma *δύναιντο*, pro qua *δ ναίατο* ille constanter dicit, suspicionem movet. — In eodem capite apud Steinium legim *λέγεται γὰρ τριηκοσίας μὲν τῶν νεῶν τὰς διαφθαρείσας εἶναι*; in R extat *λέγεται κατ τρ.*, in sv *λέγεται γὰρ κατά τρ.*, si e codicibus recte adnotatum est. Sed quomodocunq res se habet, praepositionem *κατά*, cui nisi apud Herodotum nusquam vis „circiter" subiec videtur, a correctore esse adiectam ut putem adduci non possum. — C. 45. *οὐ μέντοι οὐ αὐτοὶ δουλοσύνην διέφυγον*, in Rsv *οὐ μὲν οὐδέ*; Kruegerus ex Herodoto locos, in quib voces *οὐ μὲν οὐδὲ* coniunctae leguntur, diligentissime collegit (Dial. § 69, 44, 1); proxime illum locum accedunt hi: IV 205 *οὐ μὲν οὐδὲ ἡ Φερετίμη εὖ τὴν ζοὴν κατέπλεξε*; VI 7 *οὐ μὲν οὐδὲ Λευτυχίδης κατεγήρα ἐν Σπάρτῃ*. Herodoteum *μὲν* (= *μὴν*) in codicibus pe saepe esse corruptum nemo est qui nesciat. Quid mirum quod particulae cum his negationibus co iunctae idem accidit? Legimus *οὐ μὴν οὐδὲ* in omnibus codicibus III 2, in ABd IV 205, in AB VIII 130, in omnibus exceptis Rds II 49. Itaque mihi persuasum est hoc loco et II 142, ubi *μ* in Rsv, *μέντοι* iu ceteris extat, *μέντοι* nihil aliud esse nisi aliud genus depravationis. — C. 4 *ἀπὸ τοῦ Θάσου τὸ οὔνομα ἔσχε*, in P^{t}Rsv *ἐπὶ* (P^m *ἀπό*). Ad significandum unde homini aut r nomen inditum sit, Herodotus persaepe praepositionem *ἐπὶ* usurpat, quae invenitur variis lecti nibus non adnotatis: I 14, II 57, IV 184, V 65 bis VII 40. 61. 74. 83. 193. Adde I 94 (*ἀπὸ* C et VII 58 (*ἀπὸ* z); contra *ἀπὸ* legitur in omnibus codicibus I 7 (*ἀπ' ὅτευ*) et II 42 (*ἀπὸ τοῦδ* Variant codices in libri quarti capitibus 107 (*ἀπ' ὧν* in PRsz, *ἐπ' ὧν* in ceteris), 149 (*ἀπ τοῦ ἔπεος τούτου* in PRsvz, in ceteris *ἐπὶ* et paulo infra *ἀπ' οὗ* in Pz, *ἀπὸ τοῦ* in Rv, *ἀπ τούτου* in s, *ἐπὶ οὗ* in ceteris) 45, ubi formula septies extat: 1) *ἐπ' ὅτευ* in omnibus codicibu 2) quater *ἀπὸ* in R(v)sz P prima manu (*ἐπὶ* supra scriptum) Eust., in ceteris *ἐπί*. 3) *ἀ ὅτευ* ABCPdz, *ἐπ'* Rs. 4) *ἀπὸ τῆς Τυρίης Εὐρώπης* in omnibus codicibus. Quam inusita praepositio *ἐπὶ* scribis vel legentibus fuerit, ex eis quae leguntur VII 83 in ABCd (*διὰ τά ἐπὶ τοῦδε*) apparet. Itaque ubicunque libri inter *ἐπὶ* et *ἀπὸ* variant, *ἐπὶ* scribere malim. - C. 50. *βασιλεύων Σπαρτιητέων* in ABCd, *βασιλεὺς ἐὼν* in ceteris, quos editores secuti sun idque recte fecisse videntur. Confer c. 51 *ἐὼν* (omissum est in Rsv) *βασιλεὺς καὶ οὗτος Σπα τιητέων*. Primum gradum corruptionis fuisse formam vulgarem *ὢν* pro ionica positam man festum est. — In extremo capite legitur *ὁ δὲ οἱ τὸ ἐὸν ἔφρασε*; dativus *οἱ* in Rsv et in omissus est. Cum non casu accidisse videatur, ut etiam in K, qui liber est stirpis Medicei, pr nomen desit, nescio an in illis codicibus *οἱ* additum sit a scriba, cui quae antecedunt *ὅτι οἱ εἴη* obve sarentur. Accedit quod in Pz *οἱ* verbum *ἔφρασε* sequitur, ex quo verborum ordine pronomen post adiectum esse cognoscitur. — C. 52. *τῇ οὔνομα εἶναι*, in Rs a correctore, cui infinitivus me dum videbatur, *ἣν* est substitutum. Idem mendum occurrit IV 81, ubi in PRsz *ἀπ' ἧς τὸ ὕδωρ ἀπο ρέον τὸν Ὕπανιν ἄποτον ποιέει* extat (*ποιέειν* in ceteris). Confer II 99 *ὡς δὲ τῷ Μῖνι — γ γονέναι* (in Rvsd *τῷ δὲ Μ.* omissa particula *ὡς*) IV 11 *ὡς δὲ δόξαι* (in Rvs *ὡς δ' ἔδοξε*). Contra 9, de quo loco magna est dissensio inter homines doctos, non dubito cum Kruegero scribe quae in R extant: *ἐνθεῦτεν τὸν Ἡρακλέα ὡς ἀπικέσθαι ἐς τὴν νῦν Σκυθικὴν χώρην καλε μένην, καταλαβεῖν γὰρ αὐτὸν χειμῶνά τε* (deest in Rs) *καὶ κρυμόν, ἐπειρυσάμενον τὴν λεο τέην* (alii *λεοντῆν*) *κατυπνῶσαι, τὰς δὲ οἱ ἵππους* [*τὰς*] — *ἀφανισθῆναι*. In ceteris codic bus *ὡς* omissum et ante *λεοντέην δὲ* est additum. Ut alia hic omittamus, quid sibi vult τ

Ἡρακλέα ἀπικέσθαι, postquam supra iam dictum est *Ἡρακλέα ἀπικέσθαι ἐς γῆν ταύτην ἐοῦσαν ἐρήμην, ἥν τινα νῦν Σκύθαι νέμονται?* Scripsisset saltem Herodotus *ἐνθεῦτεν δή*[1]. Alio loco (I 129) omnes recentiores lectionem codicum ABC (*εἰ γὰρ δὴ δέον περιθεῖναι*) aspernati *δεῖν* in textum receperunt. Ut recte fecerint, id unum contendere velim *δέον* non ex correctione ortum esse; corrector *ἔδει* scripsisset. In Aldina autem correctum est II 64 *εἰ ὤν ἦν* (pro *εἶναι*) et II 172 *εἰ γὰρ πρότερον ἦεν* (pro *εἶναι*). In II 121 ζ denique (*ὡς δὲ καὶ ταῦτα ἐς τὸν βασιλέα ἀνενηνεῖχθαι, ἐκπεπλῆχθαι*) num infinitivus a plerisque editoribus recte positus sit, valde est dubium. Legitur enim in A *ἀνηνείχθη*, in B *ἀνηνέχθη*, in CPz *ἀνενείχθη*, in Rvsd *ἀνηνεῖχθαι*, nusquam *ἀνενηνεῖχθαι*. Quid? Herodotus nonne scripisset infinitivum aoristi? Itaque suspicor infinitivum perfecti in illis codicibus oculis scribae in verbum sequens aberrantibus ortum esse. Neque quod Cobetus (Mnem. XI p. 145) scribit „Herodoti consuetudo orationem indirectam postulat *ἀνηνεῖχθαι* (sic!), idque ipsum in codice R servatum est, sed male spretum“ me movet. Vide quae paulo supra in omnibus codicibus extant (121 ε) *τὸν δὲ βασιλέα, ὡς αὐτῷ ἀπηγγέλθη τοῦ φωρὸς ὁ νέκυς ἐκκεκλεμμένος, δεινὰ ποιέειν*. — C. 52. *πρεσβύτερον* in ABCd, *γεραίτερον* in ceteris libris. Editores *γεραίτερον* praetulerunt arbitrati, si recte iudico, in ABCd scribam invitum illud posuisse, quod eadem vox paulo supra et infra de eadem re legeretur. — In eodem capite legimus in Rsv *τῶν παιδίων*, in ceteris *τῶν παίδων*. Utrum sit rectum, quis sine ulla dubitatione decreverit? Persaepe libri variant inter *παίδων* et *παιδίων*; confer II 2 et 3. Contra vide VI 61, ubi *παιδίον* quater omnibus libris consentientibus de puellula a nutrice in templum Helenae portata est dictum. Illo loco promiscue quidem Herodotus voces *παῖδες* et *παιδία* usurpasse videtur; at si rem accuratius investigaveris, discrimen inter illas voces factum esse cognosces. Recte est dictum *Λακεδαιμονίους βουλεῦσαι κατὰ νόμον βασιλέα τῶν παίδων τὸν πρεσβύτερον ποιήσασθαι*; nam hic aetatis puerorum ratio non est habita. Neque aliter res se habet in verbis *τὴν μητέρα τῶν Ἀριστοδήμου παίδων*, cum non de puerulis, sed de matre agatur. Contra in omnibus libris recte extat *τὸ παιδίον τὸ τιμώμενον*, quod de infante lactenti, a matre lavato et nutrito est dictum. Etiam Pythia aetatem illorum respiciens respondet utrumque puerulum loco regis habeant (*ἀμφότερα τὰ παιδία ἡγήσασθαι βασιλέας*). Itaque mea quidem sententia Cobetus II 2 et 3 lectionem codicum Rdsz *παιδίων*, quae omnibus libris consentientibus antea quater extat, in textum recipi recte iubet, cum dicit (Mnemos. XI p. 125) „erant enim bimuli.“ Contra I 114 iam Bekkerus recte emendavit *εἷς τούτων τῶν παίδων*; agitur enim de pueris decem annorum. Ceterum Steinius sibi non constat; nam in libro I (ed. V) *παίδων* recte scripsit, II 2 (ed. IV) *παίδων* servavit, sed in sequenti capite in *παιδίων* mutavit; etiam VI 52 *παίδων* retinuit. — In eodem capite legimus in codicibus B²Rvsz *τῷ δὲ νεωτέρῳ Προκλέα*, in ceteris *νεωτέρῳ* deest, quod e scholio irrepsisse iam Schweighaeuserus intellexit. — C. 53 *κατὰ τὰ λεγόμενα ὑπ' Ἑλλήνων*; in Rsv *τὰ* omissum est, in Cd *κατὰ ταὐτὰ λεγόμενα ὑπ' ἀλλήλων* extat. Iam Gaisfordius lectionem codicum ABP recte defendit, cum diceret „nihil equidem video quod improbem“. Sed paulo infra in ABC *γὰρ δὴ* post verba *γράφω τούτους* interpolatum est. (Confer Gomperz. Zeitschr. für Oestr. Gymn. 1859 p. 828). Etiam *δὴ* quod legitur post *μέχρι μὲν* in ABCd, et

---

[1]) *ὡς* tuetur Cavallinus quoque, qui in libello „de modis atque temporibus orationis obliquae apud Herodotum“. Lundae 1878 p. 85—96 hanc rem tractavit.

articulus in eisdem codicibus ante καταλεγομένους adiectus reicienda sunt. Contra in sequei capite praepositio παρὰ (ὁ παρὰ Περσέων λόγος λέγεται), quae in PRsz omissa est, nihil offei sionis habet. — C. 56 κατὰ πόλεμόν γε in Rsz invenitur; Steinius ceteros libros secutus pa ticulam γε omisit. At vide Krueg. ad Xen. Anab. III 2, 24. — In eodem capite in B²P¹Rvs correctione cuiusdam, qui subiectum participii absolute positi desiderabat, στρατευομένους p στρατευομένων scriptum est. — Multo magis in Rs verba quae sequuntur sunt corrupta. Ac primu quidem omissum est ἄνδρας (in s δὲ quoque omissum est) et λογάδαι in λογχάδας depravatu est. Herodotus huic voci aut substantivum addit (I 36, 43) aut genetivum adiungit (I 36, VIII 1: IX 21. 63). Deinde autem ἐπὶ στρατιῆς, quod Herodoteum esse satis constat, corruptum a de industria mutatum est in ἐπὶ στρατιῇ (sic in s, ἐπὶ στρατιῇ in R). Paulo infra deniq ab editoribus Steinio excepto ὦν quod in ABCd invenitur omissum est, etsi nihil habet offer sionis. — C. 57. ἢν θυσίῃ τις δημοτελὴς ποιέηται legitur in PRvsz, ἢν θυσίην τις δημοτελ ποιῆται in ABCd, θυσίην servato δημοτελὴς e correctione in B². Diu haesi, utra lectio pra ferenda esset. Forma attica δημοτελῆ quidem non adducor, ut lectionem codicum ABCd improben cum in eisdem libris etiam ποιῆται inveniatur, sed cum II 19 (τὰ ἐν Αἰγύπτῳ ποιεύμενα τ θεῷ) passivum, quocum activum IX 19 (ποιήσαντες δὲ καὶ ἐνθαῦτα ἱρά) comparandum es eodem modo usurpatum sit, cum pronomen τις loco subiecti non satis explicari possit (Schweig haeuserus „cum ista vero notione θυσίας δημοτελοῦς minus convenire videri poterat quod a ἢν θυσίην τις δημ. ποιέηται, si quis etc. quod ad privatum hominem referri videtur: fortass igitur intellegi debebit magistratus ille, ad cuius munus curamque id pertinebat. Sed poteri etiam θυσίη δημοτελὴς intellegi sacrificium a privato homine ita institutum, ut populares ill suos vel curiales ad convivium vocet"), nunc lectionem codicum PRvs in textum recipere no dubito. — In eodem capite paulo infra in B²Rvsz προβάτων post τυθέντων ex margine irrepsi — Initio proximi enuntiati in B²Rvsz legitur: νεομηνίας δὲ ἀνὰ πάσας καὶ ἑβδόμας ἱστα μένου τοῦ μηνός; in ceteris praepositio omissa est, quam interpolatam esse vel ex eo intellegitu quod Romanus codicibus ABC suffragatur. Quod si cui accusativus offensioni fuerit, confera quaeso, VII 203 (προσδόκιμοι πᾶσαν εἶεν ἡμέρην) II 2 VIII 19 (ὥρην)[1]. Ceterum Herodotu singularem cum praepositione ἀνὰ coniungere solet (ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην II 37. 130, VI 61, IX 3ε ἀνὰ πᾶν ἔτος I 136, II 99, III 160, VII 106; uno tantum loco (VIII 65 ἀνὰ πάντα ἔτεα) plu ralis invenitur. Mirum quod Kruegerus, qui ad VIII 65 adnotat „nach dem regelmäfsigen Ge brauche des Herodot erwarte ich πᾶν ἔτος", praepositionem in textum recepit. — In eoder enuntiatò denique in Rvs ἐς Ἀπόλλωνα temere scriptum est pro ἐς Ἀπόλλωνος. — C. 58. γυ ναῖκες περιιοῦσαι λέβητα κροτέουσι; in PRsz, quos Steinius in editione critica secutus es λέβητας extat. Manifestum est pluralem ex correctione cuiusdam, qui hunc usum singulari non noverat, ortum esse. Sufficit conferre Thuc. II 70 (ἐξελθεῖν αὐτοὺς — ξὺν ἑνὶ ἱματίῳ Ceterum Steinius quoque in editione quarta singularem restituit. — C. 59. συμφέρονται δὲ ἀλλ οὗτοι τόδε τοῖσι Πέρσῃσι; in ABCd οὗτοι omissum est et recte omissum est; Steinius solu quantum vidi, hoc pronomen servavit. — C. 61. βασιλεύοντι ἐς Σπάρτην in ABCP, βασιλεύ οντί τε ἐν Σπάρτῃ in R, βασιλεύοντι τότε ἐν Σπάρτῃ in sv. Erratum est in omnibus codicibus sed cum in illis per imprudentiam peccatum esse manifestum sit, in eo codice, ex quo Rs

[1]) Exempla accusativi temporalis Steinius collegit ad VII 50, nec tamen locos non in ordinem redactos proposui

ducti sunt, τε male adiectum est et ex hoc emblemate per dittographiam τότε (TOTE) in sv ortum est; nisi quis iam τε ex antecedenti τι per dittographiam ortum esse putat. — C. 62. τὴν δὲ Ἀρίστωνα ἔκνιζε ἄρα τῆς γυναικὸς ὁ ἔρως; in ABCd articulus ὁ deest. Quis est qui decernat, utrum articulus in his libris male omissus an in ceteris a correctore sit additus? Profecto hac quaestione nulla est difficilior in emendandis Herodoti libris! In capitibus libri sexti quae adhuc tractavi in articulo ponendo vel omittendo codices inter se discrepant his locis: c. 3 ἐν τῇ Φοινίκῃ (τῇ om. Rsv). 7 τῆς Μιλήτου (τῆς om. Prsvz). 11 ὁ Φωκαεὺς στρατηγὸς Διονύσιος (ὁ om. PRsz). 14 τὸ κοινὸν τῶν Σαμίων (τὸ Σ. Rsv). 23 ὁ Ἱπποκράτης (ὁ om. Rs). 24 ἐκ τῆς Ἴνυκος ἐκδιδρήσκει (ἐκ τῆς om. AB[1]Cd), ἐς τὴν Ἀσίην (τὴν om. AB[1]Cd), ἐκ τῆς Σικελίης (τῆς om. Rs). 26 τὰ περὶ τὴν Μίλητον γενόμενα (τὴν om. ABCd), ἐκ Πολίχνης τῆς Χίων (τῶν Χ. Rs). 29 Ἱστιαῖος ὁ Μιλήσιος (ὁ om. AB[1]C Suid.). 30 ἐς τὰς Σάρδις Rs (τὰς om. cet.). 33 αὐτοῖσι τοῖσι Πέρσῃσι (τοῖσι om. ABCds), εἰσὶ δὲ αἱ ἐν τῇ Εὐρώπῃ (αἱ om. PRvs, in B rasura). 35 ἔπεισε ὁ λόγος (ὁ om. Rs). 37 τὸ ἔπος (τὸ om. Rs). 39 τοῦ Θρηίκων βασιλέος τὴν θυγατέρα Ἡγησιπύλην (τὴν om. Rsv). 40 τῆς Χερσονήσου ταύτης (τῆς om. PRsz). 47 ἐν τῇ ζητήσι (τῇ om. PRsz), τὰς νέας τὰς πάσας (τὰς om. PRsz). 49 ἐς τὴν Σπάρτην (τὴν om. Rs), κατηγόρεον τῶν Αἰγινητέων (τῶν om. PRsz). 50 εἴρετο ὅτι οἱ εἴη τὸ οὔνομα (τὸ om. Rs). 53 κατὰ τὰ λεγόμενα (τὰ om. R, καταλεγόμενα sz), τοὺς καταλεγομένους ὀρθῶς in ABCd (cet. τοὺς om.). Quo modo articulus ab Herodoto usurpatus sit non satis constat, et contendere ausim rem nunquam eo perduci posse, ut ubicunque in libris varia leguntur, pro certo statuamus quid sit ponendum; tanta est varietas dictionis Herodoteae. Quamquam qui acriter observarit et diligenter collegerit, non pauca inveniet quae ad textum emendandum pertineant. Velut in libro primo non plus tricies articulus nominibus urbium additus est idque plerumque urbibus notissimis, ut Sardibus. Nonnullis locis vim demonstrativam habere videtur; velut I 1 τῇ δὲ ἄλλῃ ἐσαπικνέεσθαι καὶ δὴ καὶ ἐς Ἄργος· τὸ δὲ Ἄργος. Confer I 102 συστρατευόμενος ἐπὶ τοὺς Ἀσσυρίους καὶ Ἀσσυρίων τούτους οἳ Νίνον εἶχον — διεφθάρη et quae in proximo capite extant: ἐστρατεύετο (sc. filius eius qui occisus erat) ἐς τὴν Νίνον, τιμωρέων τε τῷ πατρὶ καὶ τὴς πόλιν ταύτην θέλων ἐξελεῖν. Nusquam articulus in titulis principum (velut I 7 τύραννος Σαρδίων) aut si nomen urbis a praepositione pendens inter aliud substantivum eiusque articulum insertum est, ut I 179 (τὸ ἐν Βαβυλῶνι τεῖχος) I 182 (τοῦ ἐν Βαβυλῶνι ἱροῦ) usurpatus videtur. Neque tamen quid certi dicere volui; nam res est maxime lubrica. Pauca adiungam de nonnullis ex eis locis quos supra attuli. Verba τὸ κοινὸν τῶν Σαμίων (c. 14) per se nihil habent offensionis; item Herodotus loquitur V 109, ubi in rsv male τὰ κοινὰ extat; at elucet multo facilius in τῶν Ἰώνων scribam errare potuisse quam in τὸ Ἰώνων. Adde VI 58 τοῦ κοινοῦ τῶν Σπαρτιητέων, ubi in AB[1]d pro τῶν legitur σοῦ, quod ex τοῦ corruptum esse manifestum est. Itaque utroque loco singularem scribere malim. — C. 39 τοῦ Θρηίκων βασιλέος τὴν θυγατέρα Ἡγησιπύλην (τὴν om. Rsv); van Herwerden comment. crit. in Her. p. 27 scribit „I 2 ἁρπάσαι τοῦ βασιλέος τὴν θυγατέρα Εὐρώπην. Articulum omittunt Rbdz, non male, si recte abest supra I 1 ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν γυναῖκας ἄλλας τε πολλὰς καὶ δὴ καὶ τοῦ βασιλέος θυγατέρα, ubi in nullo codice additur. Eadem est varietas in sequentibus: ἁρπάσαι τοῦ βασιλέος τὴν θυγατέρα Μηδείην, ubi articulum omittunt Ppr. Rbdz. Moneo, ut alius diligentius hac quidem in re inquirat in usum Herodoteum.“ Eiusdem generis est locus, quem supra attuli, eadem est in libris varietas.

Id tantum dixerim inter locum I 1, quo articulus nusquam est additus, et ceteros magnum ess discrimen, quod illo loco nomen proprium non additum est. — C. 33 *αὐτοῖσι τοῖσι Πέρσῃ* (om. *τοῖσι* ABCds). Dolendum est quod ex libro v, quocum Sancroftiano maxima est necess tudo, lectio non adnotata est. Nam si articulo in hoc quoque libro deest, non est dub tandum quin in ceteris codicibus ex dittographia ortus sit. Contra aliis locis, quibus *αὐτὸς* „un cum“ significat, articulus a plerisque editoribus non recte deletus mihi videtur. Legitur eni omnibus codicibus consentientibus: III 126 *αὐτῷ ἵππῳ* VIII 17 *αὐτοῖσι ἀνδράσι,* contra VI 3 *αὐτοῖσι τοῖσι ἱροῖσι*; III 45 *αὐτοῖσι τοῖσι νεωσοίκοισι* (in d deest); variatur III 100 *αὐτῇ τ κάλυκι* (om. Rs), II 47 *αὐτοῖσι τοῖσι ἱματίοισι* (om. sv, non R); VII 39 *αὐτῇ τῇ γυναικί* (om. PRsz Itaque ut ceteros scriptores sic Herodotum articulum modo admisisse modo omisisse statuendum es Ceterum II 111 (*σὺν αὐτῇ τῇ πόλι*) nemo est qui articulum respuerit, qui, si supra ab ed toribus recte eiectus est, hic quoque una cum praepositione, quam solam Kruegerus in susp cionem vocat, eiciendus fuerit. — C. 62 *αὐτός τε ὑποδέκεται — καὶ ἐκέλευε.* A correctore qu dam, cui mutatio temporum displicebat, *ὑπεδέκετο* (Psz) est scriptum litteris minus claris supe positis: legitur enim *ὑποδέκετο* in B²R. Neque minus usus temporum apud Herodotum incert est quam usus articuli neque minus hac in re codices inter se dissentiunt. In ea parte lib sexti, quam adhuc tractavi, haec e codicibus adnotata sunt: c. 5 *κατήγαγον* Rsv, cet. et editor *κατῆγον.* c. 7. *ὑπολειπομένους* Rsvdz (Krueg. Abicht. recte mea sententia), cet. *ὑπολιπομένοι* (Stein.). c. 9 *ἐπαγγέλλεσθε* B²Rv (*ἀπ* — s). cet et edit. *ἐπαγγείλασθε.* c. 11 *ὑπερβαλλόμεν* Rdsz, cet. et edit. *ὑπερβαλόμενοι.* c. 26 *ἐφόνευε* R (non vs), cet. et edit. *ἐφόνευσε.* c. 29 *συ ἑστήσαν* Rs, *συνέστασαν* cet. et edit.; in eodem capite *μετιεὶς* Rsv, *μετεὶς* cet. (Stein. Abicht.)[1] c. 36 *ἐπαγόμενοι* Rvs, cet. et edit. *ἐπαγαγόμενοι.* c. 38 *κατελάμβανε* Rsv, *κατέλαβε* cet. edit. c. 44 *περιέβαλον* et *ἐκβαλών* Rs, cet. et edit. *περιέβαλλον* et *ἐκβάλλων.* c. 51 *διέβα* PR et edit., cet. (s quoque) *διέβαλε.*

Occasione data de alio loco pauca dicam. Legitur IV 97 in omnibus libris *κάρτα τε ἥσθ τῇ γνώμῃ Δαρεῖος καί μιν ἠμείψατο τοῖσιδε.* Recentiores editores, nisi fallor, omnes e cepto Dindorfio suo iure *ἀμείψατο* scripserunt; nam Herodotum in hoc verbo augmentum no admisisse constat. At viri docti mihi nondum satisfecerunt. Nam contemplanti mihi Herodo consuetudinem loquendi aoristus huius verbi, quem usurpare non solet nisi oratione finita, summ est offensioni. Legimus enim I 36 *ταῦτα ἀμείψατο;* II 174, VII 135 accusativus personae e additus; I 109. 211 *τούτοισι ἀμειψάμενος;* V 93. 110 *τούτοισι ἀμείψατο;* I 43 *τοιούτοι ἀμείψατο;* VIII 60 *πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο.* Uno loco (IX 111) praesens usurpatum es *ὁ μὲν δὴ τοιούτοισι ἀμείβεται, Ξέρξης δὲ θυμωθεὶς λέγει τάδε,* ubi in Rsv *τούτοισι ἀμε βετο* extat. Contra ante orationem rectam vel imperfectum vel praesens historicum Herodotu posuisse documento sunt loci permulti: 1) Imperfectum: *ὁ* (*ἡ*) *δὲ ἀμείβετο* I 35, III 155, V 1 VII 235 (Rsv: *ὁ δὲ εἶπεν*); *ὁ δὲ ἀμείβετο φὰς* V 39 sequente oratione obliqua, ut constante

---

[1]) Hic cum Kruegero lectionem codicum Rsv potiorem iudicaverim. His enim in rebus codices eiusde stirpis interdum inter se dissentiunt. Confer c. 51 et I 205: *ἡ δὲ Τόμυρις συνεῖσα* Rdz, *συνιεῖσα* ABCs. C betus vehementer errat, cum scribit (Mnem. XI p. 104): „Emenda vel potius ex codice R recipe *συνιεῖσα* p *συνεῖσα.* Eodem sensu apud Herodotum dicitur *συνεὶς* et *μαθών,* sed *μαθὼν* non corrumpitur, *συνεὶς* saepius Quid? *συνιεὶς* nonne facilius in *συνεὶς* corrumpi potuit quam *συνεὶς* in *συνιείς*? An non minus recte Lati loquuntur „cum intellegeret“ quam „cum intellexisset“?

si verbo dicendi participium φὰς adiunctum est. Saepius τοῖσιδε additum est: I 9, III 14. 36, IV 155, VIII 79, I 155, III 119, VI 69. Ὁ δὲ ἀμείβετο αὐτὸν τοῖσιδε V 31: similiter II 173. Nomen proprium loco subiecti antecedit I 88 (Κροῖσος δὲ ἀμείβετο), III 78; adiecto τοῖσιδε V 49, ac plenius I 35 (Κροῖσος δέ μιν ἀμείβετο τοῖσιδε), VII 48 (Ξέρξης δὲ πρὸς ταῦτα ἀμείβετο τοῖσιδε). IX 79 ὁ δ' ἀνταμείβετο τοῖσιδε[1]). IV 150 ὁ δὲ ἀμείβετο λέγων; item VII 46. 47. 49. Ξέρξης δὲ ἀμείβετο λέγων VII 47. 2) Praesens: ἀμείβεται ὁ Ἄδρηστος I 42, ἀμ. Κροῖσος I 40 (in z τοῖσιδε additum est); ἀμ. Κροῖσος τοῖσιδε I 37. Item eodem verborum ordine servato I 39. 120, III 72. 85, VII 50. 237. Ὁ δὲ ἀμείβεται I 108. 109. Porro Ἀρτάβανος μὲν ταῦτα ἔλεξε, Ξέρξης δὲ θυμωθεὶς ἀμείβεται τοῖσιδε VII 11; ὁ δὲ ἡσθεὶς τοῖσι ἔπεσι ἀμείβεται τοῖσιδε III 42; ἀμείβεται πρὸς ταῦτα Δαρεῖος III 140; ἀμείβεται Ξέρξης μετὰ ταῦτα VII 52; τὸν μὲν δὴ λέγειν ταῦτα περὶ Περσέων, τὸν δὲ θυμωθέντα τοιάδε (vel τοῖσιδε) ἀμείβεσθαι III 34. 3) Variae lectiones: III 134 ἡ μὲν ταῦτα ἐκ διαδοχῆς ἔλεγε, ὁ δ' ἀμείβετο τοῖσιδε (ἀμείβεται Cbz) et in eodem capite ἀμείβεται Δαρεῖος (ἀμείβετο R, non sv); I 115 ὁ δὲ ἀμείβετο ὧδε (z ἀμείβεται); I 120 ὁ δὲ ἀμείβετο αὐτοὺς τοῖσιδε CRs (cet. ἀμείβεται); VII 161 φθάσας δὲ ὁ Ἀθηναίων ἄγγελος τὸν Λακεδαιμονίων ἀμείβετο τοῖσιδε (z ἀμείβεται sine μιν); VII 39 κάρτα τε ἐθυμώθη ὁ Ξέρξης καὶ ἀμείβετο τοῖσιδε (ἀμείβεται AB); IX 76 ὁ δὲ ἀμείβεται τοῖσιδε (ἀμείβετο bz, ἀμείβεται ὧδε R, ἀμείβετο ὧδε sv), I 210 ἀμείβεται δὴ ὢν ὁ Ὑστάσπης τοῖσιδε (sic dvz, ἀμείβετ' οἱ R, ἀμείβετο οἱ s, ἀμείβεται οἱ cet.). Ex eis locis quos supra attuli cognoscitur III 134, I 115. 120, VII 161 imperfectum, I 210 praesens scribendum esse. Ceterum hoc ultimo loco varias lectiones ortas esse ex ἀμείβεται (superscr. ο) apparet.

Omisi adhuc unum locum (VII 161), ubi sine ulla variatione ἀμείβετο Γέλων τοῖσιδε extat. Hic imperfectum suspicionem movet, quod quibuscunque locis verbum ἀμείβεσθαι primum locum enuntiati tenet, constanter praesens legitur neque unquam, nisi fallor, ἔλεγε initio enuntiati invenitur, sed plerumque λέγει, interdum εἶπε. Confer III 71—73 εἶπε πρὸς ταῦτα ὁ Ὀτάνης, λέγει πρὸς ταῦτα Δαρεῖος, λέγει πρὸς ταῦτα Ὀτάνης, ἀμείβεται Δαρεῖος τοῖσιδε, λέγει Γοβρύης μετὰ ταῦτα. Restitue igitur secundum Herodoti consuetudinem praesens tempus. Contra praesens I 108. 109 (ὁ δὲ ἀμείβεται) mihi offensioni est; sed mutare non audeo, ne quod in aliis vituperavi mihi ipsi opprobrio vertatur. Utrum autem VII 39 praeferendum sit, difficile est dictu; malim tamen imperfectum scribere intuens locos I 121 ἐχάρη τε καὶ ἔλεγε et VIII 69 κάρτα τε ἥσθη καὶ αἴνεε, quamvis Herodotum etiam praesens cum aoristo particulis τε — καὶ coniungere negari non possit. Itaque etiam IV 97, ex quo loco egressi sumus, pro aoristo, ad quem scriba verbo ἥσθη quod antecedit oculis obversante aberravit, imperfectum posuerim.

Ceterum verbi λέγειν quoque Herodotus plerumque imperfectum vel praesens historicum ante orationem rectam usurpavit; aoristus perraro legitur: III 83. 85, IV 3. 114 bis 115, V 109, VI 12. 86. 130, VIII 101, IX 87. Omnibus his locis enuntiatum temporale vel participium vel similia antecedunt, nusquam nude est dictum ὁ δὲ ἔλεξε vel ἔλεξε δὲ vel Κροῖσος δὲ ἔλεξε excepto uno loco (VI 82): ὁ δέ σφι ἔλεξε, οὔτε εἰ ψευδόμενος οὔτε εἰ ἀληθέα λέγων, ἔχω σαφηνέως εἶπαι, ἔλεξε δ' ὢν φάμενος. Sed sequitur, ut solet antecedente participio verbi φάναι, oratio obliqua. Restat ut de nonnullis locis quibus libri inter se discrepant paucis

[1]) Infinitivus aoristi bis legitur, I 159 ante orationem rectam, VII 149 ante orationem indirectam.

agam. III 142 μετὰ δὲ ὡς οἱ ἐπεποίητο, ἐκκλησίην συναγείρας ἔλεξε τάδε (ἔλεγε Rsv); V οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον, τῶν δὲ συμμάχων τὸ πλῆθος οὐκ ἐνεδέκετο τοὺς λόγους. οἱ μέν ν ἄλλοι ἡσυχίην ἦγον, Κορίνθιος δὲ Σωκλέης (vel Σωσικλέης) ἔλεξε τάδε (ἔλεγε rs); VII 13 δὲ Περσέων συναλίσας τοὺς καὶ πρότερον συνέλεξε, ἔλεξέ σφι τάδε (ἔλεγε PRsz). In lib septimo aoristum falso ex verbo antecedenti repetitum esse apparet, contra in libro quinto i perfectum eadem ratione ortum esse verisimile est.

Sed redeamus ad verbum ἀμείβεσθαι. Permultis locis quos supra attuli hoc verb τοῖσιδε additum est idque tam saepe, ut librorum, in quibus τάδε vel τοιάδε legitur, ratio n sit habenda. Hi sunt loci: I 9 τοῖσιδε A[1]CP, τάδε cet.; VII 161 τοιάδε Rsv, τοῖσιδε cet.; I 3 τάδε R (non sv), τοῖσιδε cet.; III 42 τοιάδε Rv (non s), τοῖσιδε cet.; III 34 τοιαῦτα d, τοῖσι PRqsz, τοιάδε cet. Omnibus his locis mea quidem sententia τοῖσιδε scribendum est. Ali verbis dicendi Herodotus plerumque τάδε, rarius ὧδε addidit, τοιάδε autem participio λέγων, verbo finito maiorem vim quam verbis quae e participio pendent attribuere voluit. Invenitu τοιάδε his locis: II 173 ἐνουθέτεον τοιάδε λέγοντες; VII 158 πολλὸν ἐνέκειτο λέγων τοιάδε III 145 λοιδορέων — ἀνέπειθε ἐπιθέσθαι τοῖσι Πέρσῃσι λέγων τοιάδε; IX 17 παραίνε λέγων τοιάδε (B τάδε) VI 68 κατικέτευε λέγων τοιάδε, quibus verbis respondent initio capiti 69 ὁ μὲν τοιαῦτα δὴ ἔλεγε. IX 116 λέγων δὲ τοιάδε Ξέρξην διεβάλετο; VII 168 ἵνα ἔχωσι πρὸς τὸν Πέρσην λέγειν τοιάδε (oratione finita legitur τοιαῦτα λέγοντες); IV 80 ἔπεμψε Σιτάλκης παρὰ τὸν Ὀκταμασάδην λέγων τοιάδε; I 60 οἳ τὰ ἐντεταλμένα ἠγόρευον ἀπικόμενοι ἐς τὸ ἄστυ λέγοντες τοιάδε; VII 143 οὗτος ὡνὴρ οὐκ ἔφη πᾶν ὀρθῶς τοὺς χρησμολόγους συμβάλλεσθαι λέγων τοιάδε. Similiter VI 86 β διωθέετο ἀντυποκρινόμενος τοιάδε. Recte igitur ab editoribus τάδε est scriptum: III 3 (τοιάδε Rv τοιαῦτα s); I 121 (τοιάδε dz); V 49 (τοιάδε z). VIII 143 ὑπεκρίναντο τάδε (τοιάδε Rvs). Recte porro Steinius III 128 scripsit ἐν τῷ ἐνῆν ἔπεα τάδε (sic in ABRsv, in cet. τοιάδε). Sed etiam I 108, quo loco omnes editores ἔλεγέ οἱ τοιάδε scripserunt, τάδε, quod extat in Rs, in textum recipere malim. Restant duo loci, quibus sine ulla variatione in codicibus τοιάδε legitur: I 8 ἔλεγε πρὸς τὸν Γύγην τοιάδε et III 21 ὁ δὲ Αἰθίοψ μαθὼν ὅτι κατόπται ἥκοιεν, λέγει πρὸς αὐτοὺς τοιάδε. Quamvis loci, in quibus τάδε in omnibus codicibus extat, fere innumerabiles sint, tamen mutare non audeo; sed quod Kruegerus ad priorem locum adnotat „τοιάδε, nicht τάδε, indem die genaue Wiedergabe der Worte nicht verbürgt wird. z. Thuc. VI 8. 3“ (conf. quoque Krueg. ad. Anab. I 3), comprobare non possum. Concedendum quidem est de colloquio Candaulis et Gygis neminem certi quicquam narrare posse; at, ut exemplo utar, quis est qui putet Herodotum τάδε adicientem legentibus persuadere velle, se verbis ipsis Darei et Atossae uti, quae in cubiculo fecerunt (III 134)? Herodotus, quo nemo saepius in historiis homines loquentes facit, addit τάδε, ut legentes vel audientes quodam modo rebus ipsis quae narrantur intersint.

Sed tertium ad verbum ἀμείβεσθαι redeamus. Legitur enim et ὁ δὲ ἀμείβετο et ὁ δ' ἀμείβετο, permultis locis in codicibus utrumque extat, cum ante formam εἶπε vocalis huius particulae nusquam fere elisa sit. Res est, ut opinor, digna quae accuratius tractetur. Invenitur ὁ δὲ εἶπε I 30. 32. 87. 88. 89. 90. 111, III 62. 63 bis. 78. 155 bis. V 33. 72, VII 28. 46 (Stob. δ'). 209 bis. IX 91. Praeterea γελάσας δὲ εἶπε III 29. Δαρεῖος δὲ εἶπε IV 103; οἱ δὲ εἶπαν III 64, VII 27. 147; δὲ εἰπεῖν II 21, III 32, VIII 65. 88, IX 16; δὲ εἴπας III 22. 28. 36. 65, IV 98, VI 67, IX 89; δὲ εἰπόντα III 35; δὲ εἶπον VII 154. Sunt, nisi fallor, loci undequa-

draginta. Contra I 31 ὁ δ' εἶπε *A* (ὅδ' P, ὅ δ' B), ὁ δὲ εἶπε cet.; III 32 τὴν δ' εἰπεῖν (δὲ R; Schweigh. δ', Gaisf. δὲ scripsit, neuter varias lectiones commemoravit; in eodem capite paulo supra δὲ εἰπεῖν in omnibus codicibus extat); VII 234 ὁ δ' εἶπε in omnibus libris; VIII 26 οἱ δ' εἶπον (δὲ R). Contemplare nunc, si vis, quo modo in verbo ἀμείβεσθαι res se habeat. Ὁ δὲ ἀμείβετο I 35. 88. 120, IV 150, V 31; ἡ δὲ ἀμείβετο VI 69; οἱ δὲ ἀμείβοντο III 34; ὁ δὲ ἀμείβεται I 108. 109, IX 76 (vel — το); Γοβρύης δὲ ἀμείβετο III 78 (δὲ om. ABCd); Κλεομένης δὲ ἀμείβετο V 49. Contra ὁ δ' ἀμείβετο I 155, III 14. 36, IV 155 V 13. 39, VIII 80. Variatur: ὁ δ' ἀμείβετο VII 49 (R δὲ), I 9 ACP (δὲ cet.); I 115 AB (ὧδ' C, δὲ cet.); II 173 (οὐδ' C); III 14 et 134 (δὲ R); ἡ δ' ἀμείβετο III 119 (δὲ R); ὁ δ' ἀμείβετο VII 47 ABd (cet. δὲ; in eodem capite Ξέρξης δὲ ἀμείβετο in omnibus codicibus); ὁ δ' ἀμείβετο VII 235 (Rsv: ὁ δὲ εἶπεν). Hoc non temere factum esse apparet; immo quattuor illis locis vocalem particulae ante verbum εἰπεῖν restituere non dubito. Herodotum enim elisionem in particula δὲ perraro admisisse sibi persuadebit, quicunque in hanc rem accurate inquisiverit; neque recte Bredovius (quaest. crit. de dial. Herod. p. 212) dicit „et ipsum δὲ saepissime recepit apostrophum, saepissime non recepit, ut fere eadem utrimque sit exemplorum copia.“ At non est quod virum doctissimum, qui summa diligentia Herodoti libris se totum dedidit, reprehendamus; editores sunt vituperandi, qui in perscrutandis et conferendis codicibus talia neglexerunt. Etiam hac in re Steinius omnes editores longe superat, cuius editionem si non haberemus, quaestiones huius generis instituere non possemus. Cobetus quidem (V. L. 2 p. 406 sq.) Steinium illudit, quod tanta diligentia constanter adnotaverit, si codex quidam in formam homericam aberraverit vel aliis mendis manifestis corruptus sit, nec tamen secum reputat illa ratione sola effectum esse, ut quid in quaque re codices valeant recte diiudicare possimus. Sed redeamus ad rem. Sunt igitur certa vocabula, ante quae Herodotus elisionem aut nusquam aut perraro admisit. Quo in numero aoristus εἶδον referendus est. Extat ὡς δὲ εἶδε vel εἶδον: III 42, VI 129, VII 218. 233; praeterea δὲ legitur ante indicativum aoristi II 75 et VI 119, ante participium ἰδὼν III 14, IV 145, V 77, IX 103, ante formas ἴδωνται IV 3 et ἴδοιτο III 148. Lectiones ergo δ' ἰδέσθαι (II 137 in Rz; item Abicht. Krueg.) et δ' εἶδον (VIII 53 in R) non sunt respiciendae. Adde hiatum οὐ οἱ, quem Herodotum imitantem sermonem epicorum admisisse vulgo dicunt: iam suspicaberis digamma etiamtum satis momenti habuisse, ut elisioni resisteret. Et re vera vocalis particulae δὲ ante voces, quarum prima littera prioribus temporibus digamma fuerat, apud Herodotum constanter servata est. Confer I 180 τὸ δὲ ἄστυ. I 6 τύραννος δὲ ἐθνέων; item I 201, II 32, IV 108, V 3, VIII 73; εἶδος I 196; εἴδωλον VI 58; εἶμα IV 107, VII 65. 67; ἐσθής I 215, II 159, V 87; εἰκάζω II 104, VII 239; εἴκοσι I 166, VIII 1; ἕκαστος I 195, II 78. 130. 148, IV 3. 22. 23. 62. 73. 184, V 16, VI 10, VIII 68 β. Erratum est I 135 γαμέουσι δ' ἕκαστος in libris nonnullis (δὲ BC, om. Rd, cet. δ'). Contra confer exempli gratia locos quibus δὲ ante pronomen ἕτερος invenitur. Septies vocalis servata est: I 34. 94. 173, III 113, V 66, VII 36, IX 26; elisa est in omnibus codicibus: II 21. 28, IX 74; variae lectiones adnotatae sunt: II 5. 17. 44. 98, III 78 bis. VII 34. 69. 214. — ἑκάτεροι I 82; ἑκαστάτω I 134; ἑκάστοτε IV 128, IX 1. ἑκὼν VII 222. ἕλκω II 70. ἐλπίζω I 27, VII 10 α, IX 110; ἕξ II 161; ἑξαπόλιος I 144; ἑξαπήχεσι II 138; ἑκκαίδεκα II 159, IX 70; ἑξακόσιοι IV 87; ἑξακισμύριοι IV 86. Erratum est VII 95 in ABd: Αἰολέες δ' ἑξήκοντα. — ἔπος II 13, III 82, VIII 83. ἔργον I 16. 93; ἐργάζομαι I 185, II 121 α. 124; ἐργάτης V 6. ἔτος II 44. 111, III 59. 131 bis, IV 95. 151, V 89, VI 46, VII 20. ἔωθα I 133.

184. ἴδιος IV 23. 106. ἴσος IV 156. οἶδα I 5. 131, IV 15, IX 42. οἰκέω IV 8. 13. 145 CRz, δέ, supra scriptum τε P); οἰκηιόω III 2; οἴκημα II 121 γ; οἰκίη I 17; οἰκία IV 18 οἰκίζω II 154. οἶνος I 126. οἰκὸς II 93, VIII 60γ. ὁρέω I 111. 123, III 35, IV 36. 125, VI 12 VII 128, VIII 100, IX 33. 53. 59. ἑωυτοῦ I 110. 113 (123 ἀπὸ δὲ R; ἀπὸ γὰρ s, ἀπ' ἑωυτ cet.) VI 117, VIII 10, IX 10. Contra III 154 εἰ δ' ἑωυτόν (R δέ). Adde locos plus nonagin in quibus vocalis particulae ante dativum οἱ servata est. Neque aliter res se habet in coi positis οὐδὲ et μηδέ. Invenitur οὐδέ οἱ (dat.) I 12. 45, IV 118, V 51, VII 4; οὐδὲ ἰδιώτ I 32; εἰδότες II 134; ᾔδεσαν VII 175; ἰδὼν III 120 (ABd; cet. οὔτε); ἑκὼν IX 53; οἶκε IV 19 ὁρέω II 37. Contra III 81 εἶδε καλὸν οὐδὲν οὐδ' (οὐδὲ R) οἰκήϊον; at iam a Valckenaerio οὐ eiectum est. Restant duo loci, qui regulae a me propositae non convenientes esse videantu Legimus in editione Steiniana VIII 100 οὐδ' ἱρέεις ὅκου variis lectionibus non adnotat nisi ἱρεῖς; at Schweighaeuserus, qui οὐδὲ in textum recepit, adnotat „nescio quid sit quod Pd adfertur οὐδέ τινος ἔργου" (P = B Steinianum); Gaisfordius eadem ex codice d solo affer II 50 editores οὐδ' ἥρωσι οὐδέν scripserunt; legitur in sv οὐ δρῶσι, quae una littera omiss ex οὐδ' ἥρωσι corrupta esse concederem, nisi in R οὐ δὴ δρῶσιν extarent.

Neque minus falso Bredovius (p. 213) de particula τε confirmat „τε ultimam vocalem pe apostrophum amittit cum in tmesi et ante ἄν, tum inprimis post οἷος, οἷον, ὅσον et similia" Contra contenderim τε apud Herodotum nusquam vocalem abiecisse; nam loci quibus vocali elisa est tam pauci inveniuntur, ut multudine paene innumerabili eorum locorum quibus plen forma legitur obruantur. 1) ante ἄν: II 173 Αἰγύπτιοί τ' ἄν; V 3 ἄμαχόν τ' ἄν; VI 3(ἀπῆκέ τ' ἄν. 2) post οἷος et similia: οἷός τ' εἶναι I 112 (Gaisf. τε variis lectionibus non adnotatis); οἷά τ' εἶναι IV 7 R; οἷοί τ' ἐγενόμεθα IV 16 CPzs (τε γενόμεθα R, τε ἐγενόμεθα cet.); οἷός τ' ἐγενόμην IV 81 AB; οἷός τ' ἔσεσθαι IV 137 R; οἷός τ' ἐγενόμεθα IV 192 ABC οἷόν τ' εἶναι III 23 ABCR; οἷοί τ' ἐγένοντο III 30 AB; οἷοί τ' ἐσόμεθα III 73 R; οἷός τ' ἦ V 19 z; οἷά τ' ἦν VI 31 (τε R); οἷόν τ' εἴη VI 130 Pdz; οἷός τ' ἔσται II 14 (τε Rd) οἷός τ' ἐγενόμην II 19 z; ὅσον τ' ἐπὶ IV 62 (τε R). 3) in tmesi: VII 156 ἀνά τ' ἔδραμον in omnibus codicibus III 78 et VII 15 in R; contra I 66, VII 218 ἀνά τε ἔδραμον in omnibus libris; item III 78, ubi τε in Rdz omissum est. 4) III 30 τ' επὶ B; III 125 τ' ἐόντα z; III 144 τ' ἔφασαν R IV 23 λιθώδης τ' ἐστί (τ' om. ABCd): IV 101 τ' ἐπὶ z; V 92 η τάς τε ἐλευθέρας ABd (τάς τ reliqui, καὶ τὰς Eust.); VI 57 τε πάσας (τε ἀνὰ πάσας Psvz, τ' ἀνὰ πάσας B[2]); VII 96 τ' ἔθνεϊ Pz (om R, cet. τε); VII 197 ὥς τ' ἔτι Schaefer (ὥστε τι ABC, ὥστε R, ὥς τέ τι Pdz). — IV 80 σύ τ' ἐμοὶ Schaefer, Gaisf.; σὺ τέ μοι Pz, cet. σὺ δέ μοι. III 142 ἐμοί τε αὐτῷ Rs, αὐτῷ τ' ἐμοί cet., ubi Bekkerus recte αὐτῷ τέ μοι scripsit. Constanter enim Herodotus loquitur τέ μοι: III 134, VII 237, IX 16. 68 (R τε ἐμοί). 111, ut δέ με: VI 69 bis, IX 76, VIII 101, δέ μοι I 145. 207, II 44. 50. 57. 58. 104. 109. 113. 116. 155, IV 29 bis. 79. 80. 155. 198. VII 28. 47. 173. 221. 234, VIII 2. 63, IX 65. 79, V 24, VI 121, III 35. 63. 65. 122. 134. 155; δέ μευ II 54. 91. 118, IV 80, VII 51. Excipiendum est δ' ἔμοιγε II 28, IV 189. Praeterea plena forma pronominis sequitur particulam mutilatam I 126, VII 16 γ. III 122 (δ' ἐμέ R, δὲ μὲ A. In omnibus denique libris extat I 9 μετὰ δ' ἐμέ, quod corrigendum esse censeo.

Facilius vocalis particulae τε in compositis οὔτε et μήτε elisa est, sed etiam hic statuendum est nusquam ante digamma eam abiectam esse; quod quo melius cognoscas, lege, quaeso, III 81 οὔτ' ἐδιδάχθη οὔτε εἶδε (ἴδε R, οἶδε Cz). Itaque quod exstat VII 3 in PRz οὔτ' οἰκὸς

εἴη, reiciendum et cum Steinio *οὔτε* scribendum est. Aliae coniunctiones cum particula *τε* compositae vocalem non omittunt nisi *ἔστε* et *εὖτε*, si ante particulam *ἂν* collocatae sunt; legitur *ἔστ' ἄν*: III 53, IV 201, VII 141. 158, VIII 4. 61. 142. 143. 144; *εὖτ' ἄν*: II 63, VI 27. Quibus aliis locis in codicibus vocalis elisa est, eam restituendam esse censeo: *εὖτ' ἐπὶ* VII 193 in omnibus codicibus; *εἴτ' ἐκ* III 121 (*εἴτε* d); *εἴτ' ἐστι* IV 96 (*εἰ δέ ἐστι* R); *εἴτ' ἐκκομίσωσι* VIII 36 in R; *εἴτ' ἐπιθυμήσας* II 181 in omnibus libris; *ἐπείτ' ἐνίκα* VI 101 in R; *ἐπείτ' ἐξηγέρθη* I 34 in PRbdz; *ὥστ' ἐν* III 104, ubi in R *ὡς ἐν* extat.

Non eadem est ratio praepositionum, quae quia cum voce sequenti arctissime sunt coniunctae, multo saepius ultimam vocalem abiciunt, sive vox, cuius prima littera prioribus temporibus fuerat digamma, sequitur, sive non sequitur[1]). Sed longe abest, ut Herodotus eandem rationem ubique secutus sit: sunt etiam hic certa vocabula, ante quae elisionem aut non admisit aut perraro admisit. Non recte igitur Kruegerus ad I 94 (*ἐπ' Ἄτυος*) adnotavit: „Herodot scheint *ἐπὶ* vor Vokalen stets elidiert zu haben". Ante nomina propria quidem nisi quae notissima et usitatissima sunt, ultima vocalis raro elisa est.

VI 62. *ὁρέων ἐοῦσαν καὶ Ἀρίστωνι γυναῖκα*; in ABCd *ἐοῦσαν* post *γυναῖκα* collocatum est. Similiter legimus c. 13 in PRsz *ὁρέοντες ἅμα μὲν ἐοῦσαν ἀταξίην πολλήν* (in cet. *ἐοῦσαν* post *ὁρέοντες*). Praeterea c. 22. 24. 30. 33. 39. 42. 43. 44. 47. 50. 52. 54 codices in vocabulorum ordine inter se discrepant. Steinius praef. XXXIX dicit „quodsi occurrunt quae ad sensum sermonisque sive elegantiam sive constantiam nil prorsus interesse videatur utram in partem diiudices, in his maxime collocationes verborum, Archetypi memoriam eo genere codicum fidelius repraesentari arbitrabimur, quod longius ab interpolationis suspicione abesse viderimus"[2]). Quis non assentietur? Etiam Cobetus quique Romanum optimum testem iudicant, cum illum foedissima menda concepisse ipsi confiteantur, hac in re codibus AB palmam dandam esse concedent; nam verborum ordo non tam ex correctione, quam ex scribarum levitate mutari solet. Sed hic quoque videndum est, ne quid in textum recipiamus, quod ab Herodoti usu abhorreat. Itaque Steinius c. 43 suo iure scripsit *πεζὸς στρατὸς πολλός*, quamvis in ABCd *πολλὸς* ante *στρατὸς* positum sit; confer c. 95 *ἅμα ἀγόμενοι πεζὸν στρατὸν πολλόν τε καὶ εὖ ἐσκευασμένον*. Nam adiectiva *πολλὸς* et similia apud Herodotum ea substantiva quibus adiecta sunt sequi solent, praesertim si haec exercitum, copias significant: a qua collocandi ratione scriptor, nisi adiectiva antecedenti alicui contraria aut in anaphora posita sunt, nusquam fere discedit. Nonnunquam autem ordo verborum perturbatus testimonio est verbum quoddam in textum irrepsisse. Velut c. 39 Cobetus

---

[1]) Si quis dubitaverit, num digammati in dialecto ionica Herodoti temporibus tantum auctoritatis tribuendum sit, delego ad ea quae Curtius Etymol. p. 562 (ed. V) docet „die längste Nachwirkung des *F* war überall die den Hiatus erträglich zu machen. Hierfür ist es durchaus nicht nötig ein noch lebendiges *F* vorauszusetzen. Der sardische Dialekt des Italienischen hat das v vor veste (vesti-s) eingebüſst. Man spricht este, aber in sa este (= ipsam vestem), das Kleid, ist die Erhaltung des a die Nachwirkung des einst vorhandenen v. In ähnlicher Weise lebt das h in einzelnen französischen Wörtern fort; le héros, aber l'honneur, obwohl es durchaus nicht mehr gesprochen wird. Wir begegnen vielfach in späteren Sprachzuständen dem Schatten längst vergangener".

[2]) Confer: 1) *πολλός, ὀλίγος*: *στρατιή* II 118, V 108, VII 172, IV 1, VI 28, VII 208; *στρατὸς* VI 43, IV 163, VII 102. 161; *λεὼς* VIII 136; *ἵππος* V 98; *δύναμις* IX 66, V 100. 113; *ναυτικὸς* VI 6; *ὅμιλος* I 189, IV 159, V 23. *χεὶρ* V 100, III 54, II 137. 2) *μέγας*: *στρατὸς* I 103, II 141; *στόλος* I 4, III 54. 138, V 74, VII 100; *χεὶρ* VII 20. 157. Perraro adiectivum antecedit: V 108 *πολλῷ στόλῳ*; I 174 *πολλῇ χειρί*; V 72 *οὐ σὺν μεγάλῃ χειρί*; V 32 *πολλὸν δὲ κάρτα ὅμιλον*; VII 42 et IX 115 *συχνὸς ὅμιλος*.

et Steinius *Κίμωνος* recte delevisse mihi videntur (*τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Κίμωνος* Rsv, *τοῦ π τρὸς Κίμωνος αὐτοῦ* cet.); item c. 33 (*αὐτοὶ γὰρ Κυζικηνοὶ ἔτι πρότερον τοῦ Φοινίκι ἐσπλόου* (*ἔσπλου* in cod.) *τούτου ἐγεγόνεσαν ὑπὸ βασιλέϊ* in Pz, *τούτου* ante *ἔσπλου* B³Rsz, in cet. *τούτου* omissum est) a quibusdam editoribus *τούτου* recte reiectum, ab Steinio Abichtio male receptum est. — C. 63. In familia codicum, cuius optimus testis R est, levita scribae textus compluries mutilatus est: omissum est *δὴ* post *οὕτω μὲν* et post *τοῦτον*, omissu est *Ἀρίστωνι* post *Σπαρτιῆται* et articulus *τὸ* ante *παραυτίκα*; *ὅτε παῖς* denique falso e scriptum pro *ὁ δὲ παῖς*. Non igitur est quod codices huius generis secuti — id quod feceru editores — *Δημάρητον δὲ αὐτῷ οὔνομα ἔθετο* scribamus pro *Δημάρητον δὲ οὔνομα ἔθει αὐτῷ* (ABCd). — C. 64. *καταπαῦσαι Δημάρητον τῆς βασιληίης*; in Rsv *παῦσαι*. Eadem l brarii neglegentia cognoscitur c. 14 *ἔμενον* (Rs) pro *παρέμενον*, c. 27 *ἔπεσε* (Rs) pro *ἐνέπεσ*ι c. 49 *ἔχοντας* (Psz Eust., *ἔχοντες* R) pro *ἐπέχοντας*. Hoc loco plerique editores Eustathi ut videtur, auctoritate permoti *ἔχοντας* praetulerunt; non recte mea sententia, quod verbum sim plex non minus inusitatum videtur quam compositum (confer Krueg. ad h. l.). Itaque Abichtiu secutus malim scribere quod extat in ABC. — C. 65. *ὁ Λευτυχίδης κατόμνυται Δημαρήτῳ* in PRz *Δημαρήτου*. Nemo dubitabit quin genetivus ex correctione ortus sit, nisi qui Cobetu secutus Herodoti sermonem intra fines atticae syntaxis coarctare studet. Is enim Mnem. X p. 276 ad III 37 (*τῷ ἀγάλματι κατεγέλασε*) adnotat „ubi *κατὰ* cum dativo iungi poterit, tu demum *καταγελᾶν τινι* pro *τινὸς* recte dictum erit. Vera ratio uno tantum loco reperitu V 68 *ἔνθα καὶ πλεῖστον κατεγέλασε τῶν Σικυώνων*. Fieri potest ut veteres glossae *ἐγχάσκειν ἐγχανεῖν* perierint, fieri potest ut verbum *ἐμπαίζειν* usurpaverit, fieri potest ut forma tragica *ἐγγελᾶν τινι* Herodotus usus fuerit, sed ut rectum sit *τῷ ἀγάλματι κατεγέλασε* et similia, id vero fieri non potest". Similia vir doctus iam Mnem. IV 293 protulit. Recte, si uno loco vel duobus talia legerentur; sed multitudine locorum ipsa ubique correctorem agnoscere prohibemur. Invenitur enim *καταγελᾶν* cum dativo coniunctum III 37. 38. 155; IV 79 in omnibus codicibus; VII 9 in plerisque (in R *ἡμέων*, quod in v in *ἡμῶν*, in s in *ὑμέων* corruptum est, pro *ἡμῖν* extat). Adice I 212 *τριτημορίδι τοῦ στρατοῦ κατυβρίσας*, de quo verbo Lobeckius ad Aiac. 153 egit; VII 10 *η παρεόντι κατηγορέων*, ubi in PR *παρεόντος*, in vz *παρεόντων*, in s *παρεόντα* legitur; VII 191 *καταείδοντες τῷ ἀνέμῳ*; II 133 *ὡς κατακεκριμένων ἤδη οἱ τούτων*; VII 146 *καὶ τοῖσι μὲν κατεκέκριτο θάνατος*; IX 99 *τοῖσι καὶ κατεδόκεον νεοχμὸν ἄν τι ποιέειν δυνάμιος ἐπιλαβομένοισι*. His exemplis, quae ex adnotationibus Steinii et ex Kruegeri grammatica sumpsi, apparet mutando sanari non posse, sed accuratius in Herodoti consuetudinem inquirendum esse. Suspicor praepositioni *κατὰ* in compositis *καταγελᾶν* etc. non eandem notionem ab Herodoto subiectam esse quam in attica prosa. Apud Homerum enim nisi uno loco haec vis praepositionis non invenitur: Od. XIX 372 *ὡς σέθεν αἱ κύνες αἵδε καθεψιόωνται ἅπασαι*; unde efficitur eam notionem posterioribus demum temporibus praepositioni subiectam esse. Et mehercle, si Herodotum cum scriptoribus atticis comparaveris, apud eum perraro illam notionem inveniri intelleges. Doleo quod ex lexico Schweighaeuseri, quod quam incertum praesidium sit nemo est qui nesciat, locos me petere coactus sum. Inveniuntur haec: VI 85 *καταβωσαμένους Λευτυχίδεω περὶ τῶν ἐν Ἀθήνῃσι ὁμήρων ἐχομένων*. I 45 *ἐπειδὴ σεωυτοῦ καταδικάζεις θάνατον*. II 113 *κατηγόρεον τοῦ Ἀλεξάνδρου*, paulo supra *κατηγόρεον δὲ ταῦτα πρὸς τοὺς ἱρέας*. VIII 60 *παρεόντων γὰρ τῶν συμμάχων οὐκ ἔφερέ οἱ κόσμον οὐδένα κατηγορέειν* (si

genetivum absolute positum esse iudicaveris, non dissentiam). VII 205 *ὅτι σφέων μεγάλως κατηγόρητο μηδίζειν*. „Iudicare, demonstrare" verbum significat III 115: *κατηγορέει τὸ οὔνομα ὡς ἔστι Ἑλληνικόν*. Verbo *καταγινώσκειν* Herodotus notionem accusandi quidem subicit, sed genetivus cum illo coniunctus non reperitur; VI 97 praepositio est repetita: *οὐκ ἐπιτήδεα καταγνόντες κατ' ἐμεῦ*, et VI 2 infinitivus additus est: *καταγνωσθεὶς πρὸς αὐτῶν νεώτερα πρήσσειν*. IV 134 *ἡμέων πολλὸν καταφρονέουσι*. Adde locum quem supra attuli, VII 10 *η*, ubi variae lectiones adnotatae sunt, et V 68, ubi genetivus a verbo *καταγελᾶν* pendet; verbum *κατηλογέω*, cum *ἀλογέω* (III 125, VIII 46) ipsum cum genetivo coniunctum sit, huc non referendum est. Ceterum hoc verbum cum *κατὰ* compositum in vim transitivam abit accusativumque admittit: III 121 *κατηλογέοντα τὰ Ὀροίτεω πρήγματα*, ubi in Rsv *τὰ* omissum est; I 144 *τὸν νόμον κατηλόγησε* (in P *τῶν νόμων* a correctore scriptum est); I 84 *κατηλόγησε τούτου ὡς ἐὸν ἄμαχόν τε καὶ ἀπότομον*. Accusativum *τοῦτο*, qui a scriba non respiciente sequentia temere in genetivum erat mutatus, iam Reiskius restituit. Similia passum est verbum *πολεμεῖν* cum *κατὰ* compositum. Ceteris autem verbis huius generis, quae in prosa attica cum genetivo coniunguntur, apud Herodotum alia est vis ideoque alia constructio. Verbum *καταφρονέειν* quidem uno loco, quem supra attuli, idem significat quod vulgo apud atticos, sed plerumque praepositione vis verbi augetur et accusativus aut infinitivus cum eo coniungitur. I 59 *καταφρονήσας τὴν τυραννίδα* (Dind. „tyrannidem in mente habens"); VIII 10 *καταφρονήσαντες ταῦτα* (Dind. „haec illi cogitantes"); I 66 *καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι*[1]). Eadem vis inest et in verbo *καταδοκέειν*, quod IX 99 cum dativo et infinitivo coniunctum legitur (I 22 absolute est positum *ἐναντίους λόγους ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε*) et in verbo *κατακρίνειν*, quod nihil aliud significat nisi *κρίνειν τινί τι*, velut Soph. Aiac. 438 (442) *εἰ ζῶν Ἀχιλλεὺς τῶν ὅπλων τῶν ὧν πέρι κρίνειν ἔμελλε κράτος ἀριστείας τινί*. Neque aliter interpretandum est IX 93 *ὑπαγαγόντες μιν ὑπὸ δικαστήριον κατέκριναν τῆς ὄψιος στερηθῆναι*, id est, sententiam dixerunt illum oculis esse privandum; item VI 85 *καί μιν κατέκριναν ἔκδοτον ἄγεσθαι ἐς Αἴγιναν*. Eadem vis augendi praepositioni est in verbis *κατελπίζειν* (VIII 136), *κατικετεύειν* (VI 68) *κατεύχεσθαι* (I 132 cum infinitivo, II 40, IV 172 absolute positum; nusquam in malam partem). Aliis in verbis, quae per se hostile quid significant vel significare possunt, haec vis praepositione addita augetur, sed non efficitur, ut compositum alius casus sequatur ac verbum simplex: *ἀρᾶσθαι* est vox media, quae apud Herodotum I 132 in bonam partem, III 65 in malam partem accipienda est; *καταρᾶσθαί τινι* legitur II 39, IV 184. Item *καταιτιᾶσθαι* V 92 *γ*; *κατόνεσθαι* II 136. 172 (simplex II 167); *κατακερτομέειν* I 129, II 135; *κατασκώπτειν* II 173, III 151; hoc loco *κατωρχέοντο καὶ κατέσκωπτον Δαρεῖον*. I 20 *κατειπεῖν* idem significat quod paulo infra (c. 23) verbo *μηνύειν*, quod idem VII 30 praepositione augetur, exprimitur. Vis accusandi quidem in verbo II 89 inest, sed casus non est additus; *κατερεῖν* autem III 71 cum accusativo rei est coniunctum; nam hic recentiores libros Rs secuti *σφεα* recte in textum receperunt pro vitioso *σφεας*, quod in ABCPdz extat. Verbi *καταχαίρειν*, cui casus apud Herodotum non adiectus est, eadem est ratio quae *καταρᾶσθαι*; praepositione significatur affectum in malam partem esse accipiendam (I 129, VII 239), quae vis verbo simplici ipsi subici potest. Eadem denique est ratio verbi *καταγελᾶν*; nam ut verbum simplex cum dativo coniungitur (confer Soph. Aiac. 1018

---

[1]) Non ut Kruegerus vertit „aus Verachtung überzeugt", sed „fest überzeugt, confisi".

(1042) *καὶ τάχ' ἂν κακοῖς γελῶν.* Aristoph. Equ. 696 *ἥσθην ἀπειλαῖς, ἐγέλασα ψολοκο πίαις*) vel cum praepositione *ἐπί*, sic praepositione *κατὰ* adiecta non cum alio casu coniungit praesertim cum simplici ipsi notio irridendi esse possit. Quod autem uno loco apud Herodotu genetivus ab hoc verbo pendet, testimonio est iam illa aetate praepositionem ad verbum co struendum valere coepisse, sed non tantum valuisse quantum in attica prosa.

Cum igitur constet *κατὰ* multis in compositis apud Herodotum non idem significa quod apud Atticos, multis locis, quibus illa notio praepositioni est aut esse videtur, eam n pertinere ad verbi constructionem, etiam in *κατόμνυσθαι*, ex quo egressi sumus, vim ver praepositione augeri confirmare non dubito. Contemplare, quaeso, usum verbi VI 69 (*ἐγὼ κατωμνύνην φαμένη* et paulo infra *ὁρέων δέ με κατομνυμένην*), quibus locis hostile quid n significatur. In capite 65 autem Leutychides adstante Demarato apud iudices iureiurando co firmat illum non esse filium Aristonis, ad quod significandum idem verbum quod c. 69 usu patum est. Dativus denique additus est ut additur verbo simplici (confer Hom. Il. XIX 17 *πρός τινα* Od. XIX 331)[1]).

Restat ut pauca de verbis *κατυβρίζειν* et *καταείδειν* dicamus. In illo verbo, etsi no est dubium quin in praepositione vis augendi insit, tamen quaeritur, quo modo dativus interpre tandus sit, cuius loco accusativum expectamus. At, nisi fallor, verbum simplex ab Herodot nusquam cum accusativo personae coniunctum est, sed aut absolute est positum (I 100, IV 12 aut accusativus neutrius pronominis adiectus est (I 189, III 118. 126, VI 127) aut persona pe praepositionem *ἐς* est adiuncta (VI 87), quo loco *ἐς* in R, non in sv, si Gaisfordio fidem ha bemus, omissum est. Loco praepositionis *ἐς* autem a Graecis dativum quoque positum esse no est quod non putemus. *Καταείδειν τῷ ἀνέμῳ* (VII 191) denique idem est quod *ἀείδειν τῷ ἀνέμῳ*, id est in honorem dei, mulcendi causa carmina cantare. (Confer Hom. Od. XXII 34 *ὅς τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν ἀείδω* et 348 *ἔοικα δέ τοι παραείδειν ὥς τε θεῷ*.

Contra lectionem codicum ABC *οὐ παρεόντι κατηγορέων* (VII 10 η) a Steinio receptam cum genetivo, ut supra demonstravi, Herodotum usum esse ex nonnullis locis cognoscatur, tuer non ausim: utrum autem lectio codicum PR recipienda sit an *παρεόντος ἐπηγορέων*, quo Abichtius non male coniecit, scribendum sit non diiudico. Nam coniectura viri docti, cum ips in coniectura nitatur — invenitur illud verbum apud neminem sriptorem Graecum praeter Her. I 90 ubi ex Bredovii coniectura (p. 81) pro *ἐπηγορεύω* a recentioribus positum est — satis firmo care praesidio. Quod autem substantivum *ἐπηγορία* Dio Cass. 55, 18 extat, ex eo nihil aliud effic potest, nisi ut deterioris Graecitatis sit.

Ceterum in Herodoti codicibus praepositiones persaepe permutatas esse quis nescit Sed quamvis multa vitia huius generis iam a Bredovio aliisque emendata sint, non pauca tame in textu resederunt. Liceat igitur mihi pauca ex eis hic adiungere, quae collegi, cum inquirerem quid quibus locis libri inter praepositiones *ἐς* et *ἐν* variant scribendum sit. Initium faciam a verbo usitatissimo *ἐσβάλλειν*, cuius frequentatissima est notio exercitum in terram aliquam ducendi a) terra non adiecta est: I 17. 104 (*ταύτῃ*), IV 3. 125 ter, V 76, VII 173 (*τῇπερ*) VIII 28. 31 Adde *συνεσέβαλον* IX 17, ubi in codice d *σὺν* omissum est. Obiectum *στρατιῇ* additum es

---

[1]) Verbo *κατόμνυσθαι* paulo infra substantivum *κατωμοσίη*, quod alibi non inveniri Kruegerus docet respondet.

I 17. b) terra adiecta est: I 15. 16. 18. 103, III 88, IV 1 (*ἐς την Ἀσίην*) 12. 123, V 64. 74. 76 bis, VI 16 bis, 36 (C *ἐκ-*) 75. 84 (*ἐς τὴν Μηδικήν*), VII 31. 74. 196, VIII 27. 28. 31. 32. 34. 66. 144, IX 27. 39. 73. Adice IX 17 *συνεσέβαλον ἐς Ἀθήνας*, ubi in CP[t] d *συνέβαλον* vel *συνέβαλλον* extat. IX 7 in AB legitur *προσβαλόντα* (*προσβάλλοντα* in C), in ceteris *ἐσβαλόντα*. Additum est obiectum I 15. 18. — Variatur his locis: IV 1 *ἐσβαλόντες ἐς τὴν Μηδικὴν* P[m] Rz, cet. *ἐμ-*; IV 12 *ἐσβαλόντες ἐς γῆν τὴν Μηδικήν, ἐμ-* Rsv; IV 119 *ἐς τὴν ἐκείνων ἐσβαλόντες γῆν, ἐμ-* d; V 15 *δοκέοντες ταύτῃ ἐπιχειρήσειν τοὺς Πέρσας ἐσβαλόντας*, ABC *ἐμβάλλοντας*; VI 84 *ἐπείτε σφι Δαρεῖον ἐς τὴν χώρην* dz (Abicht. Krueg. Dind.), *ἐκ-* C, cet. *ἐμ-* (Stein.); VII 20 *ἐς τῆς Μηδικὴν χώρην ἐσβαλότες* ABd, *ἐμ-* cet.; VII 176 *ὅκως μή σφι ἐσβάλοιεν* (*ἐμ-* Rsv) *οἱ Θεσσαλοὶ ἐπὶ* (*ἐς* Rs) *τὴν χώρην*. Non recte Steinius mea sententia *ἐπὶ* recepit. VIII 71 *ὅκως κατ' ἤπειρον μὴ ἐσβάλοιεν*, Rsv *ἐμ-*; IX 6 *ἐσβαλόντα τὸν βάρβαρον ἐς τὴν Ἀττικὴν* Cqz, *ἐμ-*, supra scriptum σ P, cet. *ἐμ-* (Stein. Ab. Krueg. Dind.); IX 13 *πρὶν ἢ τοὺς μετὰ Παυσανίεω ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἐσβαλεῖν* Rsv, *ἐμ-* cet. (Stein. Ab. Krueg. Dind.). In omnibus denique codicibus *ἐμβαλεῖν* extat excepto s, qui in *συμβαλεῖν* aberravit, IV 125 *πρὶν ἤ σφι ἐμβαλεῖν τοὺς Σκύθας*. Uno igitur loco praepositio *ἐν* legitur, quadragies sexies *ἐς*, decem locis variatur, sed ita variatur, ut codices ABR nisi duobus locis in *ἐμ-* non conspirent. Quae cum ita sint, omnibus his locis praepositionem *ἐς* restituendam censeo. Eadem est ratio huius verbi, quibus locis de flumine dictum occurrit: I 75. 191, IV 48. 49 ter. 57, V 52, VII 129. Obiectum additum est I 179 *ἐσβάλλει δὲ οὗτος ἐς τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν τὸ ῥέεθρον*. His locis obstat VII 30, ubi *ἐν τῇ Λύκος ποταμὸς ἐς χάσμα γῆς ἐμβαλὼν* in Rvs legitur. Recte igitur editores ceteros codices secuti *ἐσβάλλων* scripserunt. Contra editores nonnullis locis verbum *ἐσδιδόναι*, cuius loco *ἐκδιδόναι* iam Bredovius (p. 63) positum voluit, non recte servasse mihi videntur. Legitur enim hoc verbum semel tantum in omnibus codicibus, IV 50 *ἐσδιδοῖ ἐς τὸν Ἴστρον*; praeterea IV 48 *ποταμῶν καὶ ἄλλων ἐς αὐτὸν ἐσδιδόντων* in Rsv, IV 49 *ἐςδιδοῦσι ἐς τὸν Ἴστρον* in Rsv et *ἐςδιδοῖ ἐς αὐτὸν* in ABdz; IV 50 *ἐς γὰρ δὴ τοῦτον οὔτε ποταμὸς οὔτε κρήνη οὐδεμία ἐσδιδοῦσα* (A[2] *ἐκ-*) et paulo infra *ἡ χιὼν ἐσδιδοῦσα* (C *ἐκ-*); IV 85 *ἐσδιδοῖ δὲ ὁ Ἑλλήσποντος ἐς χάσμα πελάγεος* in Rs; IV 86 *λιμὴν — ἐσδιδοῦσαν ἐς αὐτὸν* in Rsv. In omnibus autem codicibus *ἐκδιδοῖ* extat: I 80. 189. 202, II 22. 29. 34 bis. 150. III 9, IV 52. 53. 54. 55. 56. 57. 90. 99. 100. 123. 175. 178, V 101. 118, VI 76, VII 26. 30. 113. 198. 200 bis. Vides verbum *ἐκδιδόναι* per omnes fere libros sparsum inveniri, *ἐςδιδόναι* autem in una parte historiarum eaque exigua in codicibus quibusdam legi. Restat ut de duobus aliis locis agam. IV 85 extat *ἡ δὲ Προποντὶς — καταδιδοῖ ἐς τὸν Ἑλλήσποντον*. Recte Steinius adnotat „weil die Meeresströmung vom Pontos her den Hellenen als eine ab- und herwärts gehende erschien. Das sonst gewöhnliche *ἐκδιδοῖ* oder *ἐσδιδοῖ* paſst vom Einströmen des Hellespontos in das aegaeische Meer, nicht von dem der Propontis in den schmaleren Hellespont." Ceterum confer Plut. Fab. 6 *αὐλὼν δ' ἀναπέπταται πρὸς τὴν θάλατταν, ἔνθα τὰ ἕλη καταδίδωσι*. Alter locus est III 117 *ἐνδιδόντος μὲν τοῦ ποταμοῦ, ἔχοντος δὲ οὐδαμῇ ἐξήλυσιν*. Madvigius (Adv. crit. I p. 304) *ἐκδιδόντος* scriptum vult; non recte, ut opinor. Nam vox *ἐξέλυσις* quae sequitur postulat, ut antea notio influendi, non affluendi posita sit. Quod autem hic non verbum *ἐςδιδόναι*, sed *ἐνδιδόναι* usurpatum est, ex eo quoque apparet non esse Herodoteum illud compositum de flumine dictum.

Redeo nunc ad verbum *ἐσβάλλειν*. Praeter locos quos supra attuli in his extat: I 2 *ἐσβάλλουσι ἐς ὅλμον* (sc. *ἰχθῦς*); II 14 *ἐσβάλλει ἐς αὐτὴν* (sc. *ἄρουραν*) *ὗς*; IV 61 *ἐσβάλλοι ἐς λέβητας τὰ ὀστέα τῶν κρεῶν* et *ἐς τούτους* (sc. *λέβητας*) *ἐσβάλλοντες*[1]) et *ἐς τὰς γαστέρ τῶν ἱρηίων ἐσβάλλοντες τὰ κρέα*; IV 73 *λίθους ἐσβάλλουσι ἐς σκάφην*; VII 54 *ἐσέβαλε τ φιάλην ἐς τὸν Ἑλλήσποντον*; VII 107 *τὰ τέκνα — ἐσέβαλε ἐς τὸ πῦρ* et *ἑωυτὸν ἐσέβαλε τὸ πῦρ*. — I 1 *ἐσβαλομένους δὲ ἐς τὴν νέα* (sc. *γυναῖκας*); VI 95 *ἐσβαλομένους τοὺς ἵππο ἐς ταύτας* (sc. *νέας*). Etiam his duobus locis, quibus variatur in libris, *ἐς* praetulerim: VII 1 *ἐς φρέαρ ἐσβαλόντες* ABC; *ἐμ.* cet. (Stein.); VI 85 *ὅκως μήτι ὑμῖν πανώλεθρον κακὸν τὴν χώρην ἐμβάλωσι* ABd (Stein.), *ἐκ-* C, *ἐσ-* cet. —

Videamus nunc, quo modo Herodotus compositum *ἐμβάλλειν* usurpaverit. 1) cum dati personae per translationem: VII 10ε *ἐπεάν σφι ὁ θεὸς φόβον ἐμβάλῃ ἢ βροντήν*. VII 1 *τοῖσι ἐπιγενομένοισι ἐξ ἑωυτοῦ μῆνιν τοῦ θεοῦ ἐνέβαλε*. 2) *ἐμβάλλειν νηΐ*, impetum face in navem: VIII 84. 87 bis. 90. 92 bis; dativo omisso VIII 87. 88. Eodem modo interpretandu est VII 10 β: *ἀλλ' ἢν τῇσι νηυσὶ ἐμβάλωσι*, quae Schweighaeuserus et Dindorfius perper verterunt „conscensis navibus". 3) II 28 *ἐμβάλλοντος τοῦ ὕδατος τοῖσι ὄρεσι*; hic verbo intransitiva, quam vocant, subiecta est, nisi, ut alii volunt, audiendum est *τὴν καταπειρητηρί* 4) Praepositio *ἐς* cum accusativo sequitur: IV 72 *χαλινοὺς δὲ καὶ στόμια ἐμβαλόντες ἐς το ἵππους*. Similiter IV 60 *σκυταλίδα ἐμβαλών*; I 199 *οὐ πρότερον — ἢ τίς οἱ ξείνων ἀργύρι ἐμβαλὼν ἐς τὰ γούνατα μιχθῇ* et *ἐμβαλόντα δὲ δεῖ εἰπεῖν* et *τῷ δὲ πρώτῳ ἐμβαλό ἕπεται*. Postremo, ne quid desideretur, afferendum est IV 183 *προεμβαλλόντων ἐς τὴν γ τῶν κερέων*.

Verbis *ἐμ-* et *ἐσβάλλειν* substantiva *ἐμ-* et *ἐσβολή* respondent. Ut *ἐμβάλλειν ν* Herodotus constanter dicit, ita rostrum navis *ἔμβολος* appellatur (I 166); neque aliter IV *ἔμβολον τῆς χώρης* interpretandum est „tractus terrae in acutum desinens, veluti rostrum et mare prominens" (Schweigh.). *Ἐσβολή* autem significat: 1) incursionem III 7, VI 92, VII 2) fauces, per quas aditus est in terram: I 185, II 75 bis, III 5, V 15, VII 172. 173 quat 175 bis. 176. 207. 215. 217, VIII 15. Variae lectiones adnotatae sunt IX 39: *πέμπει ἱππ ἐς τὰς ἐκβολὰς τὰς Κιθαιρωνίδας αἳ ἐπὶ Πλαταιέων φέρουσι* (*ἐσ-* R, *ἐμ-* sb). Quid rectu sit, ex capite 38 cognoscitur, ubi omnibus libris consentientibus *τὰς ἐκβολὰς τοῦ Κιθαιρῶν φυλάξαι* extat. Recte Schweighaeuserus interpretatur „fauces, per quas e Cithaerone monte exi patet." Eandem vocem Herodotus VII 128 de ostio fluminis usurpat: *ἐθεήσατο Ξέρξης τ ἐκβολήν τοῦ Πηνειοῦ* et paulo supra *θεήσασθαι τὴν ἐκβολὴν τοῦ Π.*, id est, ubi ex montib profluit. Itaque recte Bekkerus VII 182 *ἐκβολὰς* scripsit (*ἡ δὲ τρίτη φεύγουσα ἐξοκέλλει τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πηνειοῦ*), quamvis in P solo prima manu extet (*ἐμβ.* Rsz. *μ* supra script in P, *ἐσ-* cet.). Nam Atheniensibus, qui hic naufragium faciunt, fluvius obviam fertur. *Ἐμβο* denique dictum est I 191 de flumine in urbem influente: *τάξας τὴν στρατιὴν ἅπασαν ἐμβολῆς τοῦ ποταμοῦ, τῇ ἐς τὴν πόλιν ἐσβάλλει*. Confer verbum *ἐνδιδόναι* III 117.

Proximum est, ut de verbis *ἐσβαίνειν* et *ἐσβιβάζειν* agamus, 1) *ἐσβαίνειν ἐς νι πλοῖον*: I 168, III 41, IV 85 (*ἐκ-* z), 196 bis (falso in hoc capite Ppr R *ἐσβάντας σκέπτεθ*

---

[1]) *βαλόντες* R, *βάλλοντες* sv. — *ἐς* ante *λέβητας*, quod in codicibus deest, a Gronovio additum est.

pro ἐκβάντας. VI 12, VII 128, VIII 56. 83 (ἐκ- C). Nave non adiecta: I 164, VIII 83. Variatur: II 29 ἐς ἕτερον πλοῖον ἐσβὰς (ἐμ- PRs(v) Long. Dind. Abicht. Krueg.); V 109 ἐς τὰς νέας ἐσβαίνειν (ἐμ- z; Dind.); VI 90 ἐς πλοῖον ἐσβὰς (ἐμ- d); VII 128 ἐς τήν πεϱ ἐσέβαινε; hic ABCd ad ἐνέβαινε aberraverunt, in P εν, supra scriptum σ extat. Recte Steinius omnibus his locis praepositionem ἐς in textum recepit. 2) Item ἐς- extat I 189 ἐσβὰς ἐς τὸν ποταμόν; V 92 ζ ἐσβὰς ἐς ἄρουραν ἐσπαρμένην. — Contra I 46 aoristus transitivus ἐνέβησε ἐς φροντίδα non est mutandus. — 3) VI 95 τὸν πεζὸν στρατὸν ἐσβιβάσαντες ἐς τὰς νέας (ἐμ- d); VII 60 ἐσεβίβαζον ἐς τὸ περιοικοδομημένον; I 60 ἐς ἅρμα ἐσβιβάσαντες (ἐμ- bd). Statuendum est igitur composita ἐμβαίνειν et ἐμβιβάζειν ab Herodoto nusquam usurpata esse.

Nescio an de verbo ἐντιθέναι idem sit dicendum. 1) ἐστιθέναι ἐς νέα I 164. 2) ἐςτίθεσθαι ἐς νέα I 94. 164; IV 179. 3) IV 2 τούτους ἐσθέντες ἐς τῶν θηλέων ἵππων τὰ ἄρθρια; I 208 Κῦρος δὲ Κροῖσον ἐς τὰς χεῖρας ἐσθεὶς τῷ ἑωυτοῦ παιδί; VI 68 τῇ μητρὶ ἐσθεὶς ἐς τὰς χεῖράς οἱ τῶν σπλάγχνων; IX 25 ἐς ἅμαξαν ἐσθέντες τὸν νεκρόν (ἐν- d); I 123 ἐσέθηκε βιβλίον (ἐπ- Rsdz). VI 95 in AB^{1}d ἐνθεῦτεν corruptum est in ἐνθέντες. — II 69 ἀρτήματα — ἐς τὰ ὦτα ἐσθέντες Rdsvz, ἐσ-, supra scriptum ν P, ἐν cet. (edit.). II 73 οὕτω δὴ κοιλήναντα τὸ ᾠὸν τὸν πατέρα ἐς αὐτὸ ἐντιθέναι, σμύρνῃ δὲ ἄλλῃ ἐμπλάσσειν τοῦτο κατ' ὅτι τοῦ ᾠοῦ ἐγκοιλήνας (ἐκ- ABC) ἐνέθηκε τὸν πατέρα, ἐγκειμένου (ἐσ- ABC) δὲ τοῦ πατρὸς γίνεσθαι τὠυτὸ βάρος, ἐμπλάσαντα δὲ κομίζειν μιν ἐπ' Αἰγύπτου ἐς τοῦ Ἡλίου τὸ ἱρόν. Steinius (ed. IV) ἐσκειμένου in textum recepit, idque suo iure, ut opinor; confer Krueg. ad Thuc. VI 32. Nam qui fieri potuit, ut scriba verbum inusitatissimum pro usitatissimo poneret? Contemplanti autem et ἐσκεῖσθαι perfectum passivi esse verbi ἐςτιθέναι et in hoc enuntiato verba cum praepositione ἐν composita cumulata inveniri, mihi in suspicionem venit etiam ἐντιθέναι ex errore scribae sonitu simili capti ortum esse. Sed mutare non audeo.

Quod discrimen apud Herodotum inter composita ἐνδύειν et ἐςδύειν sit, facile intellegitur. Verbo ἐνδύειν apud eum sine ulla exceptione vis vestiendi subiecta est: ἐσθῆτα IV 146, VII 17; εἵματα VII 65; κιθῶνα II 81, VI 125, VII 91, IX 22; σκευὴν I 24, VII 15; θώρηκα III 98, VII 89; ὅπλα I 172, VII 218 bis. 229 (ἐς- z Stob.); ἀναξυρίδας VII 64; σεσύρνας VII 67; τὸ νάκος τοῦ κριοῦ et paulo infra τὠυτὸ II 42; τὴν Σκυθικὴν στολὴν (ἐσ- in R, non in vs), IV 78; ἐπενδύνει κιθῶνα I 195. — Contra ἐςδύνειν significat intrare, irrepere in locum: II 68 ἐς τὸ στόμα; II 123 ἐσμὸς μελισσέων ἐςδὺς ἐς αὐτὴν (sc. κεφαλήν); paulo infra ἐς ἄλλο ζῷον et ἐς ἀνθρώπου σῶμα; I 193 ἵνα πεπαίνῃ τέ σφι ὁ ψὴν τὴν βάλανον ἐςδύνων; II 121 β ἐςδύντα (om. B^1, ἐλθόντα d) sc. in Rhampsiniti thesaurum; at paulo supra ἐνδύντος τοῦ ἑτέρου αὐτῶν (ἐς- Rds). Utroque loco ἐσ- scribendum esse Steinius quoque, qui in editione critica codices ABC secutus ἐνδύντος receperat, intellexit (vide ed. IV)[1]. — Cum dativo personae verbum est coniunctum VI 138 καί σφι βουλευομένοισι δεινόν τι ἐσέδυνε. — Etiam II 95 ἐν τῇ ἀναπαύεται κοίτῃ, περὶ ταύτην ἵστησι τὸ ἀμφίβληστρον καὶ ἔπειτα ἐνδὺς ὑπ' αὐτὸ κατεύδει Cobetus (Mnem.

---

[1]) Cobetus quoque ἐς- postulat (Mnem. XI p. 144 „ἐνδῦναι, ut induere, semper de vestimentis dicitur". — I 12 Magna est dissensio inter viros doctos; legitur ὑπεισδύς τε καὶ ἀποκτείνας αὐτὸν ἔσχε (sic ACP corr. bdz; ὑπειδὺς R). Sauppius, quem secutus est Steinius, ὑπεκδὺς coniecit; Cobetus (Mnem. XI p. 73) ἐς- restitutum vult; van Herwerden (Comment. crit. p. 28) illius coniecturam optime, ut opinor, defendit.

XI p. 139) me non adversante ἐςδὺς scribendum esse censet. Ceterum plerique editores ὑπ' αὐτῷ (z), quod ortum est ex correctione alicuius, qui hoc ad verbum κατεύδειν referendum esse putaverat, non recte receperunt.

Veniamus ad composita ἐσπίπτειν et ἐμπίπτειν. 1) ἐσπίπτειν ἐς impetum facere in aliquem: VII 194 (πλέοντες), IX 102 (φερόμενοι); IX 62, VII 229, VII 210 ἐσέπεσον φερόμενοι ἐς τοὺς Ἕλληνας (Rdzsv: ἐπ-). In oppidum: V 15 (ἐπεις- rsv); συνεσπίπτειν ἐς τὸ τεῖχος: III 55 (συμπ- Rsv), IX 102 (συνέπιπτον Rsv). — Absolute positum: I 63, IX 69. 2) incidere in hostes: IV 128 (φεύγοντες), VIII 91 (φερόμενοι), VII 194 πλέοντες ἐσέπεσον ἐς τοὺς πολεμίους (ἔπεσον Rsv, ἐπέπεσον dz.) Similiter VIII 28 φερόμενοι ἐσέπεσον ἐς τοὺς ἀμφορέας (ἐν- Rs). 3) irruere in locum: ἐς τὴν λίμνην IV 195, ἐς τὴν θάλασσαν VII 223; ἐς τὸν ποταμὸν V 118; ἐς τὰς νέας VIII 56; ἐς σωρὸν ψήγματος VI 125 (ἐκ- C), ἐμ- b); δρόμῳ ἐς τὰ οἰκία IX 113. — Reliquum est VII 42: βρονταί τε καὶ πρηστῆρες (sc. οἱ) ἐπεσπίπτουσι (ἐπισπίπτουσι B, ἐπεισπ. cet.). — Contra ἐμπίπτειν semper aut absolute est positum aut cum dativo coniunctum: 1) impetum facere III 146; V 63 (absol.); 2) rem aggredi magno impetu: III 81 ὠθέει τε ἐμπεσὼν τὰ πρήγματα; 3) II 96 τοῦ ῥόου ἐμπίπτοντος; II 111 πνεύματος ἐμπεσόντος; VII 16α πνεύματα ἀνέμων ἐμπίπτοντα; VI 109 στάσιν ἐμπεσοῦσαν. — Cum dativo coniunctum: IV 203 φόβος ἐνέπεσε τοῖσι Πέρσῃσι; VIII 38 φόβος τοῖσι βαρβάροισι ἐνεπεπτώκεε; VIII 37 κεραυνοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον; I 34 μή τί οἱ κρεμάμενον τῷ παιδὶ ἐμπέσῃ; VI 17 παισὶ ἐνέπεσε ἡ στέγη, ubi in Rs ἔπεσε legitur. 4) Variatur: V 15 κεινῇσι (sc. πόλισι) ἐπιπεσόντες recte in plerisque libris (ἐπεισπεσόντες rsv); V 121 ἐς τὴν (sc. ὁδὸν) ἐμπεσόντες, in r ἐσπεσόντες, quod nescio an melius sit, cum nullo alio loco substantivum praepositione ἐς cum verbo ἐμπίπτειν coniunctum sit. VII 88 denique in PRsz ἐπὶ συμφορὴν ἐνέπεσε invenitur, in cet. περιέπεσε, quod non minus abhorret a consuetudine Graeca. Abichtius scripsit συμφορῇ ἐνέπεσε, id est nodum gladio caedere.

Compositis ἐν- et ἐσοικίζεσθαι Herodotum non promiscue usum esse cognoscitur ex his locis: I 68 χρόνῳ δὲ ὡς ἀνέγνωσε, ἐνοικίσθη dicitur a scriptore non notionem immigrandi, sed manendi in loco premente; contra II 30 τούτων δὲ ἐσοικισθέντων ἐς τοὺς Αἰθίοπας et VII 171 ἐς δὲ τὴν Κρήτην ἐρημωθεῖσαν ἐςοικίζεσθαι ἄλλους τε ἀνθρώπους καὶ μάλιστα Ἕλληνας illa notio premitur. Haec praefatus transeo ad verbum ἐνοικέειν, quod tam saepe apud Herodotum invenitur, ut locos afferre supervacaneum videatur. Uno loco varia in codicibus extant, II 178: τοῖσι ἀπικνευμένοισι ἐς Αἴγυπτον ἔδωκε Ναύκρατιν πόλιν ἐνοικῆσαι· τοῖσι δὲ μὴ βουλομένοισι αὐτῶν οἰκέειν, αὐτοῦ δὲ ναυτιλλομένοισι ἔδωκε χώρους ἐνιδρύσασθαι βωμοὺς καὶ τεμένεα θεοῖσι. Steinius adnotat ex B ἐσοικῆσαι pro ἐνοικῆσαι et ex R ἐνοικέειν pro οἰκέειν; Schweighaeuserus et Gaisfordius ad ἐνοικῆσαι varias lectiones non adnotantes in codicibus sv, quorum locum R apud Steinium obtinet, ἐνοικέειν et in P (= B) ἐσοικέειν legi confirmant. Utut res se habet, lectio codicis B non plane reicienda videtur: nam et intellegitur hoc compositum inusitatissimum — in lexicis Anth. 7. 320. 3 affertur — a librariis remotum esse et plane eodem modo usurpatum est quo ἐσοικίζεσθαι, quod supra attulimus, neque minus inusitatum est verbum ἐσιδρύεσθαι IV 62, quod omnibus in codicibus extat, quamvis ἐνιδρύεσθαι et Herodoteae et vulgaris consuetudinis sit. Confer Her. I 94 166. 181; II 156. 178.

VII 152 omnes editores permoti, ut videtur, Stobaei auctoritate scripserunt *ἐγκύψαντες ἂν ἐς τὰ τῶν πέλας κακὰ ἀσπασίως* (Rsv); *ἐσκύψαντες*, quod in ceteris codicibus extat, a scriba, cui illud compositum usitatius erat, remotum videtur. Contra nemo lectionis codicis A *ἐμβλέψας* VIII 77, quippe quae in ipso codice illo correcta sit, rationem habuit. Utrum autem IV 70 *ἐς κύλικα μεγάλην οἶνον ἐγχέαντες* an *ἐσχέαντες*, quod extat in Rsv (*ἐκ-* in B) scribendum sit, cum quod sit discrimen apud Herodotum inter haec duo composita ex aliis locis cognosci non possit, non decreverim. Legitur enim 1) *ἐγχέειν* VI 119 *ἄσφαλτον ἐς δεξαμενήν*, II 86 *φάρμακα*, sc. *ἐς νεκρόν*. 2) *ἐσχέειν* IV 2 *γάλα ἐς ξύλινα ἀγγήια*, IV 195 *ἐς λάκκον*, sc. *ἄσφαλτον*, IX 70 *τῇ δὴ ἐσεχέοντο οἱ Ἕλληνες*, sc. *ἐς τὸ τεῖχος*.

Druck von W. Pormetter in Berlin C.